# Constitutio Apostolica de studiorum Universitatibus et Facultatibus Ecclesiasticis

Prooemium

PARS PRIMA: NORMAE COMMUNES
Titulus I – De Universitatum Facultatumve Ecclesiasticarum natura et fine
Titulus II – De Communitate Academica eiusque regimine
Titulus III – De Docentibus
Titulus IV – De Studentibus
Titulus V – De Offcialibus et Administris
Titulus VI – De Ratione Studiorum
Titulus VII – De Gradibus Academicis
Titulus VIII – De rebus didacticis
Titulus IX – De rebus oeconomicis
Titulus X – De Facultatum praestituta distributione et cooperatione

PARS ALTERA: NORMAE SPECIALES

Titulus I – De Facultate Sacrae Theologiae
Titulus II – De Facultate Iuris Canonici
Titulus III – De Facultate Philosophiae
Titulus IV – De aliis Facultatibus

NORMAE TRANSITORIAE



# Apostolische Konstitution „Sapientia Christiana“

*erlassen von Johannes Paul II. am 15. April 1979;*
*Art. 76 geändert durch: Kongregation für das Katholische Bildungswesen, Dekret „Novo Codice“, vom 2.9.2002;*
*Art. 72, 81 und 83 geändert durch: Kongregation für das Katholische Bildungswesen, Dekret zur Reform der kirchlichen Studien der Philosophie, vom 28.1.2011*

Einleitung

ERSTER TEIL: ALLGEMEINE NORMEN
I. Natur und Aufgabe kirchlicher Hochschulen

II. Struktur der Universitätsgemeinschaft
III. Lehrkörper
IV. Studenten
V. Verwaltungskräfte
VI. Studienordnung
VII. Akademische Grade
VIII. Lehrmittel
IX. Wirtschaftliche Belange
X. Planung und Zusammenarbeit der Fakultäten

ZWEITER TEIL: BESONDERE NORMEN

I. Theologische Fakultät
II. Kirchenrechtliche Fakultät
III. Philosophische Fakultät
IV. Sonstige Fakultäten

ÜBERGANGSNORMEN

# Prooemium

## I

SAPIENTIA CHRISTIANA, quam ex divino mandato Ecclesia docet, Christifideles continuo incitat ut humanas res atque navitates in unam vitalem synthesim colligere studeant cum religiosis bonis, sub quorum ordinatione omnia in Dei gloriam atque ad integram hominis perfectionem, corporis animique bona complectentem, mutuo nexu componuntur.[1]

Etenim evangelizandi munus, quod proprium est Ecclesiae, non solum postulat ut Evangelium praedicetur intra latiores semper locorum fines atque hominum multitudines usque maiores, sed etiam ut ipsius Evangelii virtute informentur rationes cogitandi, criteria iudicandi, normae agendi; ut paucis dicamus, oportet ut tota hominis cultura Evangelio perfundatur.[2]

Culturalis ambitus enim, in quo homo vivit, magnam vim habet ad eius cogitandi rationem et consequenter agendi habitum; quare discidium inter fidem et culturam haud leve exstat impedimentum evangelizationis, e contra cultura spiritu christiano informata instrumentum favens est Evangelii diffusioni.

1 Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis Gaudium et spes, nn. 43 ss.: AAS 58 (1966), pp. 1061 ss.

2 Cfr. Pauli VI Adhort. Apost. Evangelii Nuntiandi, nn. 19-20: AAS 68 (1976), pp. 18 s.



# EINLEITUNG

## I

Die christliche Weisheit, die die Kirche im Auftrag Gottes verkündet, regt die Gläubigen beständig an, sich darum zu bemühen, alles menschliche Geschehen und Handeln mit den Werten unseres Glaubens in einen organischen Zusammenhang zu bringen. Im Licht dieses Glaubens sind ja alle Dinge dazu miteinander verbunden, um die Ehre Gottes zu verkünden und den allseitigen Fortschritt des Menschen zu fördern, der das Wohl des Leibes wie die Werte des Geistes umfaßt.[1]

Der besondere Verkündigungsauftrag der Kirche fordert nicht nur, daß das Evangelium in immer größeren geographischen Räumen und für wachsende Zahlen von Menschen gepredigt wird, sondern auch, daß die Kraft dieser Frohbotschaft die Denkweisen, die Maßstäbe des Urteils und die Handlungsnormen prägt; kurz gesagt, die gesamte Kultur des Menschen soll vom Evangelium durchdrungen werden.[2]

Tatsächlich übt die kulturelle Umwelt, in welcher der Mensch lebt, einen großen Einfluß auf die Denkweise und somit auf das Verhalten aus. Daher bedeutet die Trennung von Glaube und Kultur eine nicht geringe Schwierigkeit für die Glaubensverkündigung. Hingegen begünstigt die christlich durchdrungene Kultur die Glau-

1 Vgl. II. Vat. Konzil, Pastoralkonstitution über die Kirche in der Welt von heute Gaudium et Spes, 43 ff.: AAS 58 (1966) 1061 ff.

2 Vgl. Paul VI., Apostolisches Schreiben Evangelii Nuntiandi. 19-20: AAS 68 (1976) 18.

Evangelium praeterea, quod omnibus populis cuiusvis aetatis et regionis destinatur, cum nulla particulari cultura unice conectitur, sed omnes culturas ita pervadere valet ut eas divinae Revelationis lumine illustret, hominumque mores purificet et in Christo restauret.

Quare Ecclesia Christi Bonum Nuntium ita ad omnes usque ordines generis humani afferre nititur ut singulorum hominum, et omnium universim, conscientiam convertere valeat, atque eorum opera et incepta, ac totam eorum vitam necnon omnem, in quo ipsi versantur, socialem ambitum Evangelii luce perfundere. Hac ratione Ecclesia, humanum quoque civilemque cultum promovendo, proprium implet evangelizandi munus.[3]

## II

In hac Ecclesiae actione circa culturam peculiare momentum habuerunt et habent Catholicae studiorum Universitates, quae natura sua ad hoc tendunt ut „veluti publica, stabilis atque universalis praesentia efficiatur mentis christianae in toto culturae altioris promovendae studio“.[4]

3 Cfr. Ibid., n. 18: AAS 68 (1976), pp. 17 s., et Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis Gaudium et spes, n. 58: AAS 58 (1966), p. 1079.

4 Conc. Oecum. Vat. II, Declar. de Educatione christiana Gravissimum Educationis, n. 10: AAS 58 (1966), p. 737



bensverbreitung.

Das Evangelium, das sich an alle Völker in jedem Zeitalter und auf jedem Kontinent richtet, ist nicht ausschließlich an irgendeine Kulturform gebunden, sondern kann alle Kulturen durchdringen: es erleuchtet sie durch das Licht der göttlichen Offenbarung und läutert und erneuert in Christus die Sitten der Menschen.

Aus diesem Grunde sucht die Kirche Christi ihre Botschaft an alle Schichten der Menschheit heranzutragen, um so die Menschen in ihrem personalen wie auch kollektiven Gewissen zur Bekehrung zu führen und mit dem Licht des Evangeliums ihr Handeln und Wirken, ihr ganzes Leben sowie auch die gesamte soziale Umwelt, in der sie stehen, zu durchdringen. Indem die Kirche ihren Verkündigungsauftrag erfüllt, bringt sie zugleich auch die menschliche Zivilisation voran.[3]

## II

Für dieses Einwirken der Kirche auf den Bereich der Kultur haben die katholischen Universitäten immer schon eine besondere Bedeutung gehabt, und dies gilt auch heute noch: haben sie doch von ihrem Wesen her das Ziel, daß „der christliche Geist bei dem gesamten Bemühen um die Förderung einer höheren Kultur öffentlich, stetig und universal präsent“ sei.[4]

3 Vgl. ebd., 18: AAS 68 (1976) 17 f., und II. Vat. Konzil, Pastoralkonstitution Gaudium et Spes, 58: AAS 58 (1966) 1079.

4 II. Vat. Konzil, Erklärung über die christliche Erziehung Gravissimum Educationis, 10: AAS 58 (1966) 737.

Etenim in Ecclesia a prima eius aetate – ut Decessor Noster Pius PP. XI, fel. rec., recolebat in prooemio Constitutionis Apostolicae „Deus scientiarum Dominus“[5] – *didascaleia* exorta sunt ad christianam sapientiam docendam, qua vita moresque hominum imbuerentur. Ex his christianae sapientiae domiciliis suam hauserunt scientiam praestantissimi Ecclesiae Patres et Doctores, Magistri et Scriptores ecclesiastici.

Labentibus vero saeculis, sollerti potissimum episcoporum ac monachorum opera, prope cathedrales ecclesias atque monachorum coenobia scholae constitutae sunt, quae tum ecclesiasticam doctrinam tum civilem cultum, veluti unum quiddam efficientes, promovebant. Inde ortae sunt studiorum Universitates, gloriosum illud Mediae Aetatis institutum, quod ab initio Ecclesiam liberalissimam matrem atque patronam habuit.

Postquam vero rei publicae moderatores, boni communis solliciti, proprias Universitates instaurare et promovere coeperunt, Ecclesia, pro sibi indita natura, eiusmodi sapientiae veluti sedes docendique instituta condere atque fovere non destitit, sicuti testantur plures Catholicae Universitates recentiore quoque tempore in omnibus fere mundi partibus erectae. Etenim Ecclesia, conscia salvifici sui muneris in universo terrarum orbe, peculiariter coniuncta sibi habere cupit haec superioris institutionis domicilia, eaque vult ubique vigere atque efficaciter operari ut verum Christi nuntium in humanae culturae provincia praesentem efficiant ac provehant.

5 AAS 23 (1931), p. 242.



In der Kirche entstanden – wie mein verehrter Vorgänger Papst Pius XI. in der Einleitung zu seiner Apostolischen Konstitution Deus Scientiarum Dominus[5] in Erinnerung ruft – von Anfang an sogenannte *didascaleia*, die dazu dienten, die christliche Weisheit zu lehren, um in ihrem Licht Leben und Sitten zu gestalten. Aus diesen Zentren christlicher Weisheit bezogen die berühmtesten Väter und Kirchenlehrer, Geistesführer und kirchliche Schriftsteller ihr Wissen.

Im Laufe der Jahrhunderte wurden auf Veranlassung vor allem der Bischöfe und der Orden im Bereich der Kathedralkirchen und Klöster Schulen gegründet, die sowohl die kirchliche Lehre wie auch die menschliche Kultur, beides als Einheit gesehen, vorantrieben. Aus solchen Schulen sind danach die Universitäten entstanden, jene ruhmreiche Einrichtung des Mittelalters, die die Kirche von Anfang an in überaus liberaler Weise hegte und schützte.

Als dann die staatlichen Autoritäten aus dem Bemühen um das Gemeinwohl darangingen, eigene Universitäten zu gründen und zu fördern, blieb die Kirche in Treue zu ihrem Wesen dabei, solche Zentren der Weisheit und Lehre einzurichten und zu unterstützen, wie die zahlreichen katholischen Universitäten beweisen, die in allen Teilen der Welt bis in die jüngste Zeit errichtet worden sind. Denn im Bewußtsein ihrer Heilssendung auf Weltebene tut die Kirche alles, um solche Stätten höherer Bildung zu ihrer besonderen Verfügung zu haben, und sie möchte, daß diese überall kraftvoll und erfolgreich wirken, damit das authentische Zeugnis Christi im Bereich menschlicher Kultur mehr und mehr präsent werde.

5 AAS 23 (1931) 242.

Quo melius Catholicae Universitates hunc assequerentur finem, earum sociatam operam fovere voluit Decessor Noster Pius PP. XII cum, Litteris Apostolicis die XXVII mensis Iulii anno MCMXLIX datis, Catholicarum studiorum Universitatum Foederationem erexit ac constituit, quae „complecti valeat Athenaea, quae vel Sancta Sedes ipsa per orbem canonice erexit erigetve in posterum, vel tamquam ad normam catholicae institutionis directa eique plane conformata aperte agnoverit“.[6]

Quare Concilium Vaticanum II hoc asserere non dubitavit: „has altioris ordinis scholas Ecclesia sedula prosequitur cura“; et impense hortatum est ut Universitates Catholicae „in diversis terrae partibus convenienter distributae promoveantur“, in iisque „alumni formentur homines doctrina vere praestantes, gravioribus offciis in societate obeundis parati atque fidei in mundo testes“.[7] Ut enim Ecclesia probe novit, „sors societatis et ipsius Ecclesiae cum iuvenum altiora studia excolentium profectu intime conectitur“.[8]

6 AAS 42 (1950), p. 387.

7 Conc. Oecum. Vat. II, Declar. de Educatione christiana Gravissimum Educationis, n. 10: AAS 58 (1966), p. 737.

8 Ibid.



Damit die katholischen Universitäten dieser Sinngebung besser entsprechen könnten, setzte sich mein Vorgänger Papst Pius XII. dafür ein, daß diese stärker zusammenarbeiten sollten. Hierfür gründete er mit einem Apostolischen Schreiben vom 27. Juli 1949 die Vereinigung Katholischer Universitäten, „welche alle Hochschulen umfassen solle, die entweder der Heilige Stuhl selbst in aller Welt rechtlich errichtet hat oder noch errichten wird oder bei denen er ausdrücklich anerkennt, daß sie gemäß den Normen katholischer Erziehung geleitet werden und völlig damit übereinstimmen.“[6]

Darum hat auch das II. Vatikanische Konzil ohne Zögern festgestellt, daß die Kirche den Hochschulen ihre besondere Sorge widmet, und mit Nachdruck dazu aufgerufen, „die katholischen Universitäten in einer sinnvollen Verteilung auf die verschiedenen Regionen der Welt zu fördern“, damit hierdurch „die Studenten zu Menschen herangebildet werden, die in ihrer Wissenschaft bestens bewandert, für wichtige Aufgaben im öffentlichen Leben gut vorbereitet sind und Zeugen des Glaubens vor der Welt sein können“.[7] Die Kirche ist sich dessen sehr bewußt, daß „das Schicksal der Gesellschaft und der Kirche selbst mit der geistigen Entwicklung der Hochschulstudenten eng verbunden ist“.[8]

6 AAS 42 (1950) 387.

7 II. Vat. Konzil, Erklärung über die christliche Erziehung Gravissimum Educationis, 10: AAS 58 (1966) 737.

8 Ebd.

## III

Mirum tamen non est inter Catholicas Universitates Ecclesiam singulari iugiter studio promovisse Facultates et Universitates Ecclesiasticas, eas nempe quae de christiana Revelatione et de iis, quae cum ipsa conectuntur, praesertim agunt, ac propterea cum proprio evangelizandi munere arctius coniunguntur.

His Facultatibus imprimis gravissimum concredidit officium proprios studentes peculiari cura praeparandi ad ministerium sacerdotale, ad magisterium in scientiis sacris exercendum, ad magis ardua apostolatus munera suscipienda. Harum Facultatum pariter officium est „varias sacrarum disciplinarum regiones altius pervestigare ita ut profundior in dies Sacrae Revelationis intellectus obtineatur, patrimonium sapientiae christianae a maioribus traditum plenius aperiatur, dialogus cum fratribus seiunctis et cum non christianis promoveatur atque quaestionibus a doctrinarum progressu exortis respondeatur“.[9]

Etenim novae scientiae et nova inventa nova ponunt problemata, quae disciplinas sacras interrogant et provocant. Quare oportet ut scientiarum sacrarum cultores, dum primarium munus adimplent theologica inquisitione altiorem veritatis revelatae cognitionem assequendi, commercium foveant cum aliarum disciplinarum cultoribus, sive de credentibus sive de non credentibus agatur, atque conentur eorum affirmationes discernere et interpretari ac sub ve-

9 Ibid., n. 11: AAS 58 (1966), p. 738.



## III

Es ist allerdings ganz natürlich, daß die Kirche im Bereich der katholischen Universitäten mit besonderem Einsatz die kirchliche Fakultäten und Hochschulen gefördert hat, das heißt jene, die sich insbesonders mit der christlichen Offenbarung befassen und mit solchen Fragestellungen, die mit dieser verbunden sind und deshalb im engeren Sinne zum eigentlichen Verkündigungsauftrag der Kirche gehören.

Diesen Fakultäten hat die Kirche vor allem die Aufgabe anvertraut, die eigenen Kandidaten mit besonderer Sorgfalt auf das Priesteramt, auf die Lehrtätigkeit im Bereich der Theologie und auf schwierigere apostolische Aufgaben vorzubereiten. Weiterhin haben diese Hochschulen den Auftrag, „die verschiedenen Gebiete der Theologie gründlicher zu erforschen, so daß das Verständnis der göttlichen Offenbarung sich mehr und mehr vertieft, das von den Vätern überkommene Erbe christlicher Weisheit sich immer besser erschließt, das Gespräch mit den getrennten Brüdern und den Nichtchristen gepflegt wird und die durch den Fortschritt der Wissenschaft aufgeworfenen Fragen eine Antwort finden“.[9]

Die neuen Wissenschaften und Entdeckungen führen in der Tat zu neuen Problemen, die die theologischen Wissenschaften herausfordern und auf Antwort warten. Wenn also die Fachleute der Glaubenswissenschaften ihre grundlegende Aufgabe erfüllen, mit Hilfe der theologischen Forschung eine vertiefte Erkenntnis der geoffenbarten Wahrheit zu erlangen, müssen sie dabei mit den Fachleuten der anderen Disziplinen in Verbindung bleiben, mit

9 Ebd., 11: AAS 58 (1966) 738.

ritatis revelatae lumine diiudicare.[10]

Ex hac assidua cum rebus ipsis consuetudine incitantur quoque theologi ad aptiorem modum inquirendum doctrinam communicandi cum coaevis hominibus in diversis culturis versantibus; etenim „aliud est ipsum depositum fidei, seu veritates quae veneranda doctrina nostra continentur, aliud modus quo eaedem enuntiantur, eodem tamen sensu eademque sententia“.[11] Quod valde iuvabit ut in populo Dei religionis cultus animique probitas pari gressu procedant cum scientiarum et technicarum artium progressu, atque in cura pastorali fideles ad puriorem et maturiorem fidei vitam gradatim ducantur.

Coniunctioni vero cum evangelizandi munere locus est etiam in Facultatibus illarum scientiarum quae, quamvis peculiarem nexum cum christiana Revelatione non habeant, attamen ad evangelizationis opus magnopere conferre possunt, et hac ratione ab Ecclesia considerantur, uti Facultates Ecclesiasticae eriguntur, et propterea cum Sacra Hierarchia peculiarem necessitudinem habent.

Quare Apostolica Sedes, ad proprium munus implendum, ius et

[10] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis Gaudium et spes, n. 62: AAS 58 (1966), p. 1083.

[11] Cfr. Ioannes XXIII, Allocutio ad inchoandum Conc. Oecum. Vat. II: AAS 54 (1962), p. 792; Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis Gaudium et spes, n. 62: AAS 58 (1966), p. 1083.



Gläubigen wie mit Nichtgläubigen, und deren Thesen zu verstehen, sie zu werten und im Licht der geoffenbarten Wahrheit zu beurteilen suchen.[10]

Dieser beständige Kontakt mit der Wirklichkeit regt die Theologen auch an, die geeignetste Methode zu suchen, um ihre Lehre den Menschen dieser Zeit weiterzugeben, die ja ganz verschiedenen Kulturen angehören: „Es muß ja unterschieden werden zwischen dem Depositum Fidei, den Wahrheiten, die in unserer Glaubenslehre enthalten sind, und der Weise, wie sie formuliert werden, unter Beibehaltung desselben Sinnes und derselben Bedeutung“.[11] Dies alles ist besonders wichtig dafür, daß im Volke Gottes Frömmigkeit und moralische Formung im gleichen Maße wie Wissenschaft und Technik vorankommen und die Gläubigen durch den pastoralen Dienst schrittweise zu einem klareren und reiferen Glaubensleben geführt werden.

Einen Zusammenhang mit der kirchlichen Verkündigung kann es auch in den Fakultäten jener Wissenschaften geben, die zwar keine direkte Verbindung mit der christlichen Offenbarung haben, aber doch eine gute Hilfestellung bei der Aufgabe der Verkündigung geben können. Aus diesem Grunde werden sie von der Kirche geschätzt und als kirchliche Fakultäten errichtet, wodurch sie eine ganz spezielle Beziehung zum Hirtenamt der Kirche bekommen.

In Erfüllung seines Auftrages stellt der Heilige Stuhl also sein

[10] Vgl. II. Vatikanisches Konzil, Pastoralkonstitution Gaudium er Spes, 62: AAS 58 (1966) 1083.“

[11] Vgl. Johannes XXIII., Ansprache zur Eröffnung des II. Vat. Konzils, AAS 54 (1962) 792 und Pastoralkonstitution Gaudium et Spes, 62: AAS 58 (1966) 1083.

officium persentit Facultates Ecclesiasticas erigendi ac promovendi, quae ex ipsa pendeant, sive separatim exsistentes sive in Universitates insertae, ad sacrorum alumnos necnon ad laicos studentes destinatae, et vehementer exoptat totius populi Dei sub Pastorum ductu cooperationem, ut haec sapientiae domicilia ad fidei et vitae christianae incrementum efficaciter conferant.

## IV

Facultates Ecclesiasticae – quae ad bonum commune Ecclesiae ordinantur atque quiddam pretiosum toti communitati ecclesiali sunt habendae – consciae sint oportet proprii momenti in Ecclesia suaeque participationis, pro sua parte, in Ecclesiae ministerio. Illae vero ex iis, quae proxime de christiana Revelatione tractant, etiam memores sint mandati, quod Christus Supremus Magister eidem Ecclesiae circa hoc ministerium hisce verbis dedit: „Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis“ (Mt 28, 19-20). Quibus omnibus perpensis, absoluta consequitur harum Facultatum adhaesio, qua integrae Christi doctrinae iunguntur, cuius authenticus interpres et custos volventibus saeculis Magisterium Ecclesiae semper exstitit.

Conferentiae Episcoporum apud singulas nationes et regiones exstantes huiusmodi Facultates sedula prosequantur cura earumque progressum, simul vero fidelitatem erga Ecclesiae doctrinam incessanter foveant, ut toti fidelium communitati testimonium praebeant animi plene dediti praefato Christi mandato. Quod testimonium tum Facultas qua talis, tum omnia et



klares Recht und seine Verpflichtung fest, kirchliche Fakultäten zu errichten und zu fördern, die von ihm abhängen, sei es als eigenständige Einrichtungen oder auch innerhalb von Universitäten, offen für Kleriker und Laien, und gibt dem lebhaften Wunsche Ausdruck, daß das gesamte Volk Gottes unter der Führung seiner Hirten gemeinsam dabei helfe, daß diese Zentren der Weisheit wirksam zur Vertiefung des Glaubens und des christlichen Lebens beitragen.

## IV

Die kirchlichen Fakultäten sind für das kirchliche Gemeinwohl da und stellen für die ganze kirchliche Gemeinschaft einen Schatz dar. Daher müssen sie sich ihrer Bedeutung in der Kirche und ihrer Teilnahme am Dienst der Kirche bewußt sein. Jene Fakultäten, die sich näherhin mit der christlichen Offenbarung befassen, seien überdies des Auftrages eingedenk, den Christus, der höchste Lehrer, der Kirche bezüglich des Lehramtes mit diesen Worten gegeben hat: „Gehet und lehret alle Völker, tauft sie im Namen des Vaters und des Sohnes und des Heiligen Geistes und lehrt sie alles halten, was ich euch aufgetragen habe“ (Mt 28, l9-20). Aus der Erwägung all dessen folgt die bedingungslose Treue, in der die Fakultäten der ungeschmälerten Lehre Christi anhangen. Als deren authentischer Ausleger und Wächter ist im Laufe der Jahrhunderte immer das kirchliche Lehramt aufgetreten.

Die Bischofskonferenzen der einzelnen Nationen und Regionen seien um die Fakultäten und ihren Fortschritt ernsthaft besorgt. Gleichzeitig sollen sie unablässig die Treue zur Lehre der Kirche fördern, damit sie der ganzen Christenheit die völlige Hingabe an Christi Auftrag bezeugen. Sowohl die Fakultät als solche wie auch alle ihre einzelnen Mitglieder müssen jederzeit dieses Zeugnis

singula eius membra iugiter ostendant oportet. Universitates enim Facultatesque Ecclesiasticae in Ecclesiae aedificationem ac profectum Christifidelium constitutae sunt, idque semper prae oculis tamquam criterium suae impensae operae habeant necesse est.

Docentes imprimis, graviore responsabilitate instructi, utpote qui peculiare Verbi Dei ministerium obeant sintque iuvenibus magistri fidei, sint pro studentibus ceterisque Christi fidelibus vivae veritatis evangelicae testes necnon fidelitatis erga Ecclesiam exempla. Expedit quidem ad rem graviora Pauli Papae VI verba memorare: „Theologi munus exercetur ad communionis ecclesialis aedificationem, ut populus Dei in fidei experientia crescat“.[12]

## V

Ad proprios fines obtinendos oportet ut Facultates Ecclesiasticae ita ordinentur ut novis volventis aetatis postulationibus apte respondeant; quare ipsum Concilium Vaticanum II statuit earum leges recognoscendas esse.[13]

Etenim Constitutio Apostolica „Deus scientiarum Dominus“, a

12 Pauli VI Epist. Le transfert à Louvain-la-Neuve ad Magnificum Rectorem Universitatis Catholicae Lovaniensis, d. 13 Sept. 1975 (cfr. L'Osservatore Romano, d. 22-23 Sept. 1975); cfr. Nostras Litt. Litt. Enc. Redemptor Hominis, n. 19: AAS 71 (1979), pp. 305 ss.

13 Conc. Oecum. Vat. II, Declar. de Educatione christiana Gravissimum Educationis, n. 11: AAS 58 (1966), p. 738.



ablegen. Denn die kirchlichen Universitäten und Fakultäten sind für den Aufbau der Kirche und zum Fortschritt der Christgläubigen errichtet worden. Dies müssen sie immer als Prüfstein ihrer Tätigkeit vor Augen haben.

Vor allem die Dozenten seien gegenüber den Hörern und den übrigen Christen Zeugen der lebendigen christlichen Wahrheit sowie ein Beispiel der Treue zur Kirche. Denn sie tragen eine größere Verantwortung, weil sie einen besonderen Dienst am Wort Gottes ausüben und für die Studenten Lehrer des Glaubens sind. Es ist angebracht, an das schwerwiegende Wort Pauls VI. zu erinnern: „Der Lehrauftrag des Theologen wird zur Erbauung kirchlicher Gemeinsamkeit ausgeübt, damit das Volk Gottes in der Glaubenserfahrung wachse“.[12]

## V

Um ihre Ziele zu erreichen, müssen die kirchlichen Hochschulen so organisiert werden, daß sie den neuen Anforderungen unserer Zeit gut entsprechen; deshalb hat das Konzil selbst schon beschlossen, daß die betreffenden Normen überarbeitet werden müßten.[13]

Gewiß hat schon die Apostolische Konstitution Deus Scientiarum

12 Paul VI., Brief vom 13. September 1975 an den Rector magnificus der Katholischen Universität in Löwen, anläßlich ihrer Umsiedlung nach Louvain-la-Neuve (L'Osservatore Romano 22.-23. Sept. 1975). Vgl. auch die Enzyklika Johannes Pauls II., Redemptor hominis, 19: AAS 71 (1979) 305 ff.

13 II. Vat. Konzil, Erklärung über die christliche Erziehung Gravissimum Educationis, 11: AAS 58 (1966) 738.

Decessore Nostro Pio PP. XI die XXIV mensis Maii anno MCMXXXI promulgata, multum suo tempore contulit ad superiora studia ecclesiastica renovanda; attamen ob nova vitae adiuncta opportunas accommodationes et innovationes requirit.

Revera, decursu quinquaginta fere annorum, mutationes magnae factae sunt, non tantum in societate civili, sed etiam in ipsa Ecclesia. Magni enim eventus acciderunt, velut imprimis Concilium Vaticanum II, qui tum internam Ecclesiae vitam affecerunt, tum eius relationes externas, sive cum christianis aliarum Ecclesiarum, sive cum non christianis atque cum non credentibus necnon cum omnibus humanioris cultus fautoribus.

Illud praeterea accidit quod scientiae theologicae magis in dies animos intentos faciunt non solum clericorum sed etiam laicorum, qui semper frequentiores ad scholas theologicas accedunt, quae propterea annis proxime praeteritis valde multiplicatae sunt.

Denique novus mentis habitus apparet circa ipsam Universitatis et Facultatis, tum civilis tum ecclesiasticae, compagem, ob iustum desiderium vitae universitatis magis participandae, quo omnes moventur, qui quocumque modo in ea partem habent.

Neque neglegenda est magna *evolutio* in methodis paedagogicis et didacticis, quae novas rationes studia ordinandi postulant; atque arctior nexus, qui in dies sentitur inter varias scientias et disciplinas, necnon desiderium maioris cooperationis in toto universitatis ambitu.



Dominus, promulgiert durch meinen Vorgänger Pius XI. am 24. Mai 1931, seinerzeit erheblich dazu beigetragen, das kirchliche Hochschulstudium zu erneuern; wegen der neuen Lebensverhältnisse hat jene Konstitution jedoch entsprechende Anpassungen und Verbesserungen nötig.

Zweifellos sind im Verlauf der letzten fünfzig Jahre nicht nur im zivilen Leben, sondern auch in der Kirche selbst große Veränderungen eingetreten. Bedeutsame Ereignisse haben stattgefunden – wie vor allem das II. Vatikanische Konzil –, die das Leben der Kirche nach innen wie auch deren Beziehungen nach außen beeinflußt haben und dies im Verhältnis zu den Christen anderer Kirchen wie auch zu Nichtchristen und Nichtgläubigen und zu allen, denen es um mehr Menschlichkeit auf dieser Welt geht.

Hinzukommt die Tatsache, daß die theologischen Wissenschaften eine zunehmende Beachtung nicht nur bei Klerikern, sondern auch bei Laien finden, die in wachsender Zahl theologische Hochschulen besuchen. Diese haben sich folglich in den letzten Jahren stark vergrößert.

Schließlich wird immer deutlicher eine neue Mentalität sichtbar, die an die Struktur der Universität und der Fakultät rührt, im Staat wie in der Kirche: der Grund hierfür ist das berechtigte Verlangen nach einem Universitätsleben, das sich einer stärkeren Mitbestimmung öffnet. Und dies verlangen alle, die in irgendeiner Weise an der Universität beteiligt sind.

Auch darf nicht die tiefgreifende *Entwicklung* übersehen werden, die die pädagogischen und didaktischen Methoden erfahren haben: auch von hieraus sind neue Kriterien für eine Studienordnung gefordert. Das gleiche ergibt sich aus der immer engeren Verbindung, die man zwischen den verschiedenen Wissenschaften und Einzeldisziplinen bemerken kann, sowie aus dem Wunsch nach einer stärkeren Zusammenarbeit im gesamten Bereich einer Uni-

Ut his novis postulatis satisfaceret, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, Concilii mandato obsecuta, iam anno MCMLXVII renovationem ad mentem Concilii aggressa est; ac die XX mensis Maii anno MCMLXVIII ab ea promulgatae sunt „Normae quaedam ad Constitutionem Apostolicam ‚Deus scientiarum Dominus', de studiis academicis ecclesiasticis recognoscendam", quae salutarem vim hisce annis exercuerunt.

## VI

Nunc vero opus complendum et perficiendum est nova lege, quae – abrogata Constitutione Apostolica „Deus scientiarum Dominus", cum adnexis Ordinationibus, necnon memoratis Normis ab eadem Sacra Congregatione die XX mensis Maii anno MCMLXVIII editis – elementa, quae in his documentis adhuc valida habentur, assumat ac novas normas statuat, quibus renovatio, iam feliciter inchoata, explicetur et compleatur.

Neminem sane fugiunt difficultates, quae opponi videntur novae Constitutionis Apostolicae promulgationi. Est imprimis „temporis fluxus", qui tam celeres mutationes affert ut nihil stabile ac permanens statui posse videatur; est praeterea „locorum diversitas" quae talem pluralismum, quem vocant, postulare censetur ut normae communes, ubique terrarum vigentes, fere impossibiles esse videantur.



versität.

Um diesen neuen Anforderungen zu entsprechen, hat sich die Kongregation für das katholische Bildungswesen nach dem vom Konzil empfangenen Auftrag seit dem Jahre 1967 die Aufgabe gestellt, die Studienordnung im Geiste des Konzils zu erneuern; und am 20. Mai 1968 wurden von ihr „Normen zur Revision der Apostolischen Konstitution *Deus Scientiarum Dominus* über das kirchliche Hochschulstudium" in Kraft gesetzt, die sich in den letzten Jahren segensreich ausgewirkt haben.

## VI

Jetzt ist es jedoch an der Zeit, diese Entwicklung mit einem neuen Gesetz zu ergänzen und zu ihrem Abschluß zu bringen. Das neue Gesetz wird die Apostolische Konstitution Deus Scientiarum Dominus zusammen mit den dort angefügten Verordnungen und jenen am 20. Mai 1968 von der Kongregation für das katholische Bildungswesen publizierten Normen außer Kraft setzen; es soll diejenigen Elemente, die aus den zitierten Dokumenten noch Wert besitzen, wieder aufnehmen und die neuen Normen festlegen, durch die jene schon gut begonnene Erneuerung fortgeführt und vervollständigt werden kann.

Sicher sind niemandem die Schwierigkeiten verborgen, die die Promulgation einer neuen Apostolischen Konstitution zu behindern scheinen. Da ist vor allem „der eilige Lauf der Zeit", der solch schnelle Änderungen mit sich bringt, daß die Festlegung von etwas Endgültigem und Dauerhaftem unmöglich erscheinen könnte. Da sind ferner „die unterschiedlichen örtlichen Gegebenheiten", die anscheinend einen solchen Pluralismus erfordern, daß die Festsetzung von allgemeinen Normen, die für alle Teile der Welt gültig sein sollen, wiederum fast unmöglich erscheint.

Attamen, cum ubique terrarum Facultates Ecclesiasticae habeantur, quae a Sancta Sede erectae vel approbatae sint, et nomine eiusdem Apostolicae Sedis gradus academicos conferant, necesse est ut quaedam substantialis unitas servetur et res requisitae ad gradus academicos consequendos clare determinentur et ubique vigeant. Curandum sane est, ut ea, quae necessaria sint quaeque satis stabilia fore praevideatur, lege statuantur, simulque congrua relinquatur libertas ut in propriis singularum Facultatum Statutis ulterius res definiantur, ratione habita regionum adiunctorum et universitatum usus in unaquaque regione vigentis. Hoc modo legitimus studiorum academicorum progressus non impeditur nec coarctatur, sed potius recta semita dirigitur quo uberiores fructus obtinere valeat; simul vero in legitima Facultatum diversitate unitas Catholicae Ecclesiae etiam in his superioris institutionis domiciliis omnibus innotescet.

Quapropter Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, Decessoris Nostri Pauli VI mandato, consilia imprimis iniit cum ipsis Universitatibus et Facultatibus Ecclesiasticis, necnon cum Romanae Curiae Dicasteriis aliisque, quorum interest; postea vero virorum peritorum coetum constituit qui, sub eiusdem Congregationis moderamine, leges de studiis academicis ecclesiasticis accurate recognovit.

Quibus feliciter peractis, in eo erat ut Paulus VI hanc Constitutionem promulgaret, sicut ardenter optabat, cum e vivis ereptus est; et pariter inopinata mors impedivit quominus Ioannes Paulus I idem perficeret. Nos vero, re iterum diligenter perpensa Nostra Apostolica Auctoritate has, quae sequuntur, leges et normas decernimus atque statuimus.



Weil es jedoch in aller Welt kirchliche Hochschulen gibt, die vom Heiligen Stuhl errichtet und approbiert sind und die in seinem Namen akademische Titel verleihen, muß eine gewisse grundlegende Einheit beachtet werden, müssen die Bedingungen zur Erlangung der akademischen Grade eindeutig festgelegt werden und so überall den gleichen Wert erlangen. Es ist also dafür zu sorgen, daß durch Gesetz alle jene Dinge festgelegt werden, die unabdingbar sind und nach aller Voraussicht stabil bleiben werden, und gleichzeitig Sorge zu tragen, daß genügend Freiheit bleibt, um weitergehende Einzelbestimmungen in die Eigenstatuten der jeweiligen Hochschulen einzufügen, mit Rücksicht auf die verschiedenen örtlichen Gegebenheiten und die in jedem Gebiet bestehenden Gewohnheiten im Universitätsleben. Auf diese Weise wird der berechtigte Fortschritt im Bereich des akademischen Studiums weder verhindert noch eingeschränkt, sondern eher daraufhin ausgerichtet, daß er zu einem fruchtbareren Ergebnis führt; bei aller berechtigen Vielfalt unter den Hochschulen bleibt jedoch die Einheit der katholischen Kirche auch in diesen Zentren des Hochschulstudiums für alle klar ersichtlich.

Darum hat die Kongregation für das katholische Bildungswesen im Auftrag meines Vorgängers Paul VI. vor allem die kirchlichen Universitäten und Hochschulen selbst um ihren Rat gefragt, ferner die Organe der römischen Kurie und andere daran interessierte Stellen; danach hat sie eine Fachkommission gebildet, die unter ihrer Leitung die Gesetzgebung im Bereich des kirchlichen Hochschulstudiums sorgfältig überarbeitet hat.

Nach dem guten Abschluß dieser Arbeit stand die Veröffentlichung der Konstitution bevor. Paul VI. wünschte dies sehnlich; indes wurde er abberufen. Gleicherweise verhinderte der unerwartete Tod Johannes Pauls I. die Veröffentlichung. Nachdem ich nun die Sache sorgfältig erwogen habe, verfüge und erlasse ich mit Apostolischer Autorität die folgenden Gesetze und Normen.

# PARS PRIMA

# NORMAE COMMUNES

## Titulus I

## De Universitatum Facultatumve Ecclesiasticarum natura et fine

Art. 1. Ecclesia, ad evangelizationis ministerium implendum a Christo sibi concreditum, ius et officium habet erigendi ac promovendi Universitates et Facultates, quae ex ipsa pendeant.

Art. 2. Universitates et Facultates Ecclesiasticae in hac Constitutione eae dicuntur, quae, ab Apostolica Sede canonice erectae vel approbatae, sacram doctrinam et scientias, quae cum ipsa conectuntur, excolunt et tradunt, cum iure gradus academicos conferendi auctoritate Sanctae Sedis.

Art. 3. Fines Facultatum Ecclesiasticarum sunt:

§ 1. scientifica investigatione proprias disciplinas excolere atque provehere, imprimis vero in christianam Revelationem, et quae cum ea conectuntur, profundius penetrare, eius veritates systematice enucleare, novas progredientis aetatis quaestiones in eius luce considerare et coaevis hominibus in diversis culturis accommodata ratione exhibere;



# ERSTER TEIL

# ALLGEMEINE NORMEN

## Titel I

## Natur und Aufgabe kirchlicher Hochschulen

Art. 1. Zur Erfüllung der ihr von Christus übertragenen Sendung, das Evangelium zu verkünden, hat die Kirche das Recht und die Pflicht zur Errichtung und Förderung von Universitäten und Fakultäten, die von ihr abhängen.

Art. 2. In der vorliegenden Konstitution gelten jene Universitäten und Fakultäten als „kirchlich“, die nach kanonischer Errichtung oder Approbation durch den Heiligen Stuhl die Glaubenswissenschaft und hiermit verbundene Wissenschaften betreiben und lehren, mit dem Recht, akademische Grade in der Autorität des Heiligen Stuhles zu verleihen.

Art. 3. Aufgaben kirchlicher Hochschulen sind:

§ 1. durch wissenschaftliche Forschung die eigenen Disziplinen zu betreiben und voranzubringen, vor allem die Kenntnis der christlichen Offenbarung und der mit ihr verbundenen Bereiche zu vertiefen, systematisch die in ihr enthaltenen Wahrheiten freizulegen, in ihrem Licht die neuen Probleme der fortschreitenden Zeit zu betrachten und sie den Menschen der Gegenwart in einer den ver-

§ 2. studentes in propriis disciplinis secundum doctrinam catholicam altius instituere, eosque ad munera obeunda congrue praeparare, atque formationem continuam seu permanentem in Ecclesiae ministris promovere;

§ 3. in toto evangelizationis ministerio Ecclesiis, tum particularibus tum universali, arcta cum Hierarchia coniunctione, pro sua natura, impensam operam praestare.

Art. 4. Conferentiarum Episcopalium munus est vitam ac progressum Universitatum Facultatumve Ecclesiasticarum sollicite prosequi ob peculiare earum momentum ecclesiale.

Art. 5. Canonica erectio vel approbatio Universitatum et Facultatum Ecclesiasticarum reservatur Sacrae Congregationi pro Institutione Catholica, quae ad normam iuris[14] easdem moderatur.

Art. 6. Solis Universitatibus et Facultatibus a Sancta Sede canonice erectis vel approbatis, atque ad normam huius Constitutionis ordinatis, ius est conferendi gradus academicos, qui valorem canonicum habeant, salvo peculiari iure Pontificiae Commissionis Biblicae.[15]

Art. 7. Statuta uniuscuiusque Universitatis vel Facultatis, ad nor-

14 Cfr. Pauli VI Const. Apost. Regimini Ecclesiae universae, n. 78: AAS 59 (1967), p. 914.

15 Cfr. Pauli VI Litt. Apost. motu proprio dat. Sedula cura: AAS 63 (1971), pp. 665 ss., et Pont. Commissionis Biblicae Decr. Ratio periclitandae doctrinae: AAS 67 (1975), pp. 153 ss.



schiedenen Kulturen angepaßten Weise darzulegen;

§ 2. die Studenten in ihren Disziplinen nach Maßgabe katholischer Lehre zu hoher Qualifikation heranzubilden und sie für ihre künftigen Aufgaben sinnvoll vorzubereiten sowie für eine fortdauernde Weiterbildung der Diener der Kirche zu sorgen;

§ 3. in enger Gemeinschaft mit dem Leitungsamt der Kirche den ihrer Natur entsprechenden wirksamen Beitrag in Zusammenarbeit mit den Ortskirchen und mit der Weltkirche beim gesamten Werk der Glaubensverkündigung zu erbringen.

Art. 4. Es ist Aufgabe der Bischofskonferenzen, das Leben und den Fortschritt der kirchlichen Universitäten und Fakultäten angesichts ihrer besonderen Bedeutung aufmerksam zu verfolgen.

Art. 5. Die kanonische Errichtung oder Approbation kirchlicher Universitäten und Fakultäten ist der Kongregation für das katholische Bildungswesen vorbehalten, die auch nach Maßgabe des Rechts die Oberaufsicht über sie innehat.[14]

Art. 6. Allein die Universitäten und Fakultäten, die vom Heiligen Stuhl rechtmäßig errichtet oder anerkannt sind sowie nach den Normen dieser Konstitution geführt werden, haben das Recht, akademische Grade mit kirchenrechtlicher Geltung zu verleihen, unter Beibehaltung des Sonderrechtes der Päpstlichen Bibelkommission.[15]

Art. 7. Die Statuten jeder Universität oder Fakultät müssen nach

14 Vgl. Paul VI., Apostolische Konstitution Regimini Ecclesiae Universae, 78: AAS 59 (1967) 914.

15 Vgl. Paul VI., Motu proprio Sedula cura: AAS 63 (1971) 665 ff., und Dekret der Päpstlichen Bibelkommission Ratio periclitandae doctrinae: AAS 67 (1975) 153 ff.

mam huius Constitutionis conficienda, approbatione indigent Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica.

Art. 8. Facultates Ecclesiasticae a Sancta Sede erectae vel approbatae in Universitatibus non ecclesiasticis, quae gradus academicos conferant tum canonicos tum civiles, praescripta huius Constitutionis servare debent, ratione habita conventionum, quae a Sancta Sede cum variis Nationibus vel cum ipsis Universitatibus initae sint.

Art. 9. § 1. Facultates, quae ab Apostolica Sede non sint canonice erectae neque approbatae, nequeunt gradus academicos conferre valorem canonicum habentes.

§ 2. Gradus academici ab his Facultatibus collati, ut valere possint ad quosdam tantum effectus canonicos, agnitione Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica indigent.

§ 3. Ad quam agnitionem, peculiari ex causa singulis gradibus concedendam, condiciones ab eadem Sacra Congregatione statutae implendae sunt.

Art. 10. Ad hanc Constitutionem rite exsequendam serventur Ordinationes Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica.

## Titulus II

## De Communitate Academica eiusque regimine

Art. 11. § 1. Cum Universitas vel Facultas quandam communitatem efficiant, omnes in ea personae, sive singulae sive in consiliis adunatae, pro sua cuiusque condicione,



der Norm dieser Konstitution verfaßt und von der Kongregation für das katholische Bildungswesen approbiert werden.

Art. 8. Die kirchlichen Fakultäten, die vom Heiligen Stuhl an nichtkirchlichen Universitäten errichtet oder anerkannt wurden und die akademische Grade mit kirchlicher und zugleich staatlicher Geltung verleihen, müssen ebenfalls die Vorschriften dieser Konstitution einhalten, im Rahmen der Verträge, die zwischen dem Heiligen Stuhl und den verschiedenen Staaten oder mit diesen Universitäten selbst geschlossen worden sind.

Art. 9. § 1. Die Fakultäten, die nicht vom Heiligen Stuhl rechtmäßig errichtet oder anerkannt sind, können keine akademischen Grade mit kirchenrechtlicher Geltung verleihen.

§ 2. Die von solchen Fakultäten verliehenen Grade benötigen die Anerkennung durch die Kongregation für das katholische Bildungswesen, um für bestimmte kirchenrechtliche Folgen Bedeutung zu haben.

§ 3. Für eine solche Anerkennung, die den einzelnen beim Vorliegen besonderer Gründe zu gewähren ist, sind die von der Kongregation für das katholische Bildungswesen aufgestellten Bedingungen zu erfüllen.

Art. 10. Zur ordnungsgemäßen Durchführung dieser Konstitution sind die Verordnungen zu beachten, die die Kongregation für das katholische Bildungswesen erläßt.

## Titel II

## Struktur der Universitätsgemeinschaft

Art. 11. § 1. Weil die Universität oder Fakultät gewissermaßen eine Gemeinschaft darstellt, sollen sich alle Personen, die dazugehören, ob einzeln oder in Räten zusammengefaßt, je nach der ei-

*conresponsabiles* boni communis se sentiant oportet atque ad finem assequendum operam suam sedulo praestent.

§ 2. Quare earum in communitate academica iura et officia accurate in Statutis determinanda sunt ut intra limites definitos rite exerceantur.

Art. 12. Magnus Cancellarius Sanctam Sedem repraesentat apud Universitatem vel Facultatem pariterque hanc apud Sanctam Sedem, eius conservationem atque progressum promovet, communionem fovet cum Ecclesia particulari et universali.

Art. 13. § 1. Magnus Cancellarius est Praelatus Ordinarius e quo Universitas vel Facultas iure pendent, nisi Apostolica Sedes aliter statuerit.

§ 2. Ubi adiuncta suadeant, haberi potest etiam Vice Magnus Cancellarius, cuius auctoritas in Statutis determinanda est.

Art. 14. Si Magnus Cancellarius sit alius ab Ordinario loci, normae statuantur, quibus uterque proprium munus concorditer implere valeat.

Art. 15. Auctoritates academicae sunt personales et collegiales. Auctoritates personales sunt imprimis Rector vel Praeses, et Decanus. Auctoritates collegiales sunt varia organa directoria seu Consilia Universitatis vel Facultatis.

Art. 16. Universitatis vel Facultatis Statuta accuratius determinent nomina et offcia Auctoritatum academicarum, quibusque modis et ad quod tempus designentur, ratione habita tum naturae canonicae Universitatis vel Facultatis, tum praxis universitatum propriae regionis.



genen Stellung *mitverantwortlich* fühlen für das Gemeinwohl und nach Kräften dazu beitragen, daß ihr Zweck erreicht wird.

§ 2. Darum müssen ihre Rechte und Pflichten für den Bereich der Universitätsgemeinschaft in den Statuten genau umschrieben werden, damit diese innerhalb der gesetzten Grenzen richtig ausgeübt werden können.

Art. 12. Der Großkanzler vertritt den Heiligen Stuhl bei der Universität oder Fakultät und diese wiederum beim Heiligen Stuhl; er sorgt für deren Erhalt und Entwicklung und kümmert sich um ihre Verbindung zur Ortskirche wie zur Weltkirche.

Art. 13. § 1. Der Großkanzler ist der ordentliche kirchliche Amtsträger, von dem die Universität oder Fakultät rechtlich abhängt, sofern der Heilige Stuhl keine andere Regelung getroffen hat.

§ 2. Je nach den Umständen kann es auch einen stellvertretenden Großkanzler geben, dessen Vollmacht in den Statuten festgelegt sein muß.

Art. 14. Wenn der Großkanzler mit dem Ortsordinarius nicht identisch ist, sollen Normen aufgestellt werden, die es beiden Ämtern gestatten, ihren jeweiligen Zuständigkeiten in gegenseitigem Einvernehmen nachzukommen.

Art. 15. Die Ämter an der Universität sind persönlich und kollegial verfaßt. Persönlich sind vor allem die Ämter des Rektors oder Präses und des Dekans. Kollegial sind die verschiedenen Leitungsorgane oder Räte der Universität oder der Fakultäten.

Art. 16. Die Statuten der Universität oder Fakultät müssen die Namen und Aufgaben der akademischen Ämter sowie die Weise der Bestimmung ihrer Träger und die jeweilige Amtsdauer genauer festlegen, wobei sowohl die kirchenrechtliche Natur der Universität oder Fakultät als auch die Praxis der anderen Universitäten im gleichen Raum berücksichtigt werden sollen.

Art. 17. Auctoritates academicae designentur ex personis, quae universitatum vitae vere peritae sint, et communiter ex alicuius Facultatis docentibus.

Art. 18. Rector et Praeses a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica nominantur vel saltem confirmantur.

Art. 19. § 1. Statuta determinent quomodo inter se cooperari debeant Auctoritates personales et collegiales ita ut, ratione collegiali in rebus praesertim gravioribus, in primis academicis, sedulo servata, Auctoritates personales ea potestate fruantur, quae earum offcio vere respondeat.

§ 2. Quod imprimis de Rectore dicendum est, quippe qui offcium totam Universitatem moderandi habeat atque aptis modis eius unitatem, cooperationem, progressum promovendi.

Art. 20. § 1. Ubi Facultates partes sunt Universitatis Ecclesiasticae, earum regimen Statutis rite componatur cum totius Universitatis regimine, ita ut bonum tum singularum Facultatum tum Universitatis convenienter promoveatur atque cooperatio omnium Facultatum inter se foveatur.

§ 2. Canonicae vero necessitates Facultatum Ecclesiasticarum servandae sunt etiam, cum hae in Universitatem non Ecclesiasticam insertae sint.

Art. 21. Si Facultas cum aliquo Seminario vel Collegio coniuncta sit, salva debita cooperatione in omnibus, quae ad bonum studentium pertinent, Statuta clare et efficaciter provideant ut rectio academica et administratio Facultatis a regimine et administratione



Art. 17. Zu akademischen Amtsträgern sollen Personen mit eingehender Erfahrung im Universitätsleben berufen werden; im allgemeinen sollten sie aus den Lehrkräften der Fakultäten genommen werden.

Art. 18. Der Rektor und Präses wird von der Kongregation für das katholische Bildungswesen ernannt oder wenigstens bestätigt.

Art. 19. § 1. Die Statuten müssen festlegen, wie die persönlichen und die kollegialen Amtsträger zusammenarbeiten sollen, damit so einerseits das Prinzip der Kollegialität in den wichtigeren Fragen, vor allem in denen von Forschung und Lehre, streng eingehalten werde, andererseits aber auch die persönlichen Amtsträger jene Vollmacht besitzen, die richtigerweise zu ihrem Amt gehört.

§ 2. Dies gilt vor allem für den Rektor, der die Aufgabe hat, die gesamte Universität zu leiten und in geeigneter Weise für deren Einheit, für Zusammenarbeit und Entwicklung zu sorgen.

Art. 20. § 1. Wenn Fakultäten zu einer kirchlichen Universität gehören, müssen die Statuten eine Regelung enthalten, daß deren Leitung in sinnvoller Weise mit der Leitung der Gesamtuniversität koordiniert wird, damit so die Belange der einzelnen Fakultäten wie auch der Gesamtuniversität entsprechend gefördert werden und die Zusammenarbeit aller Fakultäten untereinander Fortschritte mache.

§ 2. Die kirchenrechtlichen Erfordernisse einer kirchlichen Fakultät müssen auch dann gewahrt bleiben, wenn diese in eine nichtkirchliche Universität integriert ist.

Art. 21. Wenn die Fakultät mit einem Seminar oder Kolleg verbunden ist, müssen die Statuten – abgesehen von der notwendigen Zusammenarbeit in allem, was die Belange der Studenten betrifft – klare und wirksame Regelungen dafür vorsehen, daß die akademische Leitung und die Verwaltung der Fakultät in geeigneter Weise von der Leitung und Verwaltung des Seminars oder Kollegs

Seminarii vel Collegii rite distinguantur.

## Titulus III

## De Docentibus

Art. 22. In unaquaque Facultate numerus docentium, imprimis stabilium, habeatur, qui ponderi et incremento disciplinarum necnon debitae curae et profectui studentium respondeat.

Art. 23. Sint varii ordines docentium, in Statutis determinandi secundum gradum praeparationis, insertionis, stabilitatis et *responsabilitatis* in Facultate, ratione opportune habita praxis universitatum propriae regionis.

Art. 24. Statuta definiant, ad quas Auctoritates spectent cooptatio, nominatio, promotio docentium, praesertim cum agatur de munere stabili eis conferendo.

Art. 25. § 1. Ut quis inter Facultatis docentes stabiles legitime cooptetur, requiritur ut:

1° doctrinae copia, vitae testimonio et *responsabilitatis sensu* perspectus sit;

2° doctoratu congruenti vel aequipollenti titulo aut prorsus singularibus meritis scientificis praeditus sit;

3° certis documentis, speciatim dissertationibus publici iuris factis, ad investigationem scientificam idoneum se probaverit;

4° paedagogicam habilitatem ad docendum demonstret.



unterschieden sind.

## Titel III

## Lehrkörper

Art. 22. In jeder Fakultät soll es so viele – vor allem festangestellte – Dozenten geben, wie es der Bedeutung und dem Fortschritt der einzelnen Disziplinen sowie auch den Erfordernissen und dem Nutzen der Studenten entspricht.

Art. 23. Es soll verschiedene Stufen von Dozenten geben, die in den Statuten nach der Art ihrer Ausbildung, nach Art und Dauer ihrer Anstellung und nach ihrer *Verantwortlichkeit* in der Fakultät zu bestimmen sind, wobei die Praxis der Universitäten des gleichen Raumes angemessen berücksichtigt werden soll.

Art. 24. Die Statuten müssen festsetzen, welchen Amtsträgern die Auswahl, Ernennung und Beförderung der Dozenten zusteht, vor allem wenn es sich um eine feste Anstellung handelt.

Art. 25. § 1. Um rechtmäßig, in das Kollegium der festangestellten Dozenten der Fakultät aufgenommen zu werden, muß der Kandidat:

1° sich durch hohe wissenschaftliche Qualifikation, durch lautere Lebensführung und durch *Verantwortungsbewußtsein* auszeichnen;

2° das entsprechende Doktorat oder einen diesem gleichwertigen Titel oder, in sehr seltenen Ausnahmefällen, gleichwertige wissenschaftliche Verdienste besitzen;

3° sich durch bestimmte Nachweise, insbesondere durch die Veröffentlichung wissenschaftlicher Arbeiten, als geeignet für die wissenschaftliche Forschung erwiesen haben;

4° nachweisen, die für das Lehramt erforderlichen pädagogi-

§ 2. Haec requisita ad docentes stabiles cooptandos congrua ratione applicanda sunt docentibus non stabilibus.

§ 3. Requisita scientifica ad docentes cooptandos in praxi universitatum regionis vigentia opportune considerentur oportet.

Art. 26. § 1. Omnes cuiusvis generis docentes vitae probitate, doctrinae integritate ac muneris diligentia iugiter praediti sint ut ad finem Facultatis Ecclesiasticae proprium effcaciter conferre valeant.

§ 2. Qui docent res ad fidem vel mores spectantes, conscii sint oportet hoc munus explendum esse in plena communione cum authentico Magisterio Ecclesiae, imprimis Romani Pontificis.[16]

Art. 27. § 1. Missionem canonicam a Magno Cancellario, vel ab eius delegato, accipere debent, professione fidei peracta, qui disciplinas ad fidem vel mores spectantes docent; non enim propria auctoritate docent, sed vi missionis ab Ecclesia acceptae. Ceteri vero docentes a Magno Cancellario, vel ab eius delegato, veniam docendi accipere debent.

§ 2. Docentes omnes, antequam muneris stabilis collationem accipiant vel antequam ad supremum ordinem didacticum promoveantur, vel in utroque casu, prout in Statutis definiatur, declaratione „Nihil obstat“ Sanctae Sedis indigent.

[16] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de Ecclesia Lumen Gentium, n. 25: AAS 57 (1965), pp. 29-31.



schen Fähigkeiten zu besitzen.

§ 2. Dieselben Forderungen, die für die Aufnahme von festangestellten Dozenten gelten, müssen in entsprechendem Verhältnis auch auf die nichtfestangestellten Dozenten angewandt werden.

§ 3. Bei der Beurteilung der wissenschaftlichen Qualifikation der Kandidaten für die Dozentur soll die Praxis der Universitäten des gleichen Raumes berücksichtigt werden.

Art. 26. § 1. Alle Dozenten, gleich welcher Stufe, sollen sich durch vorbildliches Leben, Echtheit der Lehre und Pflichtbewußtsein auszeichnen, so daß sie wirksam dazu beitragen können, die besondere Zielsetzung einer kirchlichen Fakultät zu erreichen.

§ 2. Diejenigen, die in Fachbereichen unterrichten, in denen es um Glaube oder Sitte geht, sollen sich dessen bewußt sein, daß diese Aufgabe in voller Gemeinschaft mit dem authentischen Lehramt der Kirche und vor allem des Papstes durchzuführen ist.[16]

Art. 27. § 1. Wer in Fachbereichen unterrichtet, die Glaube oder Sitte betreffen, muß nach Ablegung der Professio Fidei vom Großkanzler oder seinem Beauftragten die Missio canonica erhalten; sie unterrichten ja nicht in eigener Autorität, sondern kraft der von der Kirche empfangenen Sendung. Die anderen Dozenten hingegen müssen vom Großkanzler oder seinem Beauftragten die Lehrerlaubnis erhalten.

§ 2. Bevor ein Dozent entweder fest angestellt wird oder zur obersten Stufe der Lehrbefähigung befördert wird – oder auch in jedem dieser beiden Fälle je nach den Bestimmungen der Statuten –, muß das „Nihil obstat“ des Heiligen Stuhles eingeholt werden.

[16] Vgl. II. Vat. Konzil, Dogmatische Konstitution über die Kirche Lumen Gentium, 25: AAS 57 (1965) 29-31.

Art. 28. Promotio ad superiores ordines fit congruo temporis intervallo, iuxta docendi peritiam, investigationes peractas, opera scientifica publici iuris facta, spiritum cooperationis in docendo et investigando, et Facultati se devovendi studium.

Art. 29. Docentes, ut suo muneri satisfacere possint, liberi sint ab aliis muneribus, quae cum ipsorum offcio investigandi et docendi, prout a singulis docentium ordinibus in Statutis postuletur, componi nequeant.

Art. 30. Statuta determinent:

a) quando et quibus condicionibus docentes a munere cessent;

b) quales ob causas qualique procedendi modo a munere suspendi vel etiam eo privari possint, ita ut iuribus tum docentis, tum Facultatis vel Universitatis, imprimis eius studentium, necnon ipsius communitatis ecclesialis, apte provideatur.

## Titulus IV

## De Studentibus

Art. 31. Facultates Ecclesiasticae omnibus patent, sive clericis sive laicis, qui, legitimo testimonio praediti, vitae moribus ac studiis praeviis idonei sint ut Facultati adscribantur.

Art. 32. § 1. Ut quis Facultati ad gradus academicos consequendos adscribi possit, afferre debet studiorum titulum, qui necessarius sit ad admissionem in Universitatem civilem propriae regionis vel nationis, in qua sit Facultas.



Art. 28. Die Beförderung zu höheren Stufen erfolgt in angemessenen Zeitabständen entsprechend der Lehrfähigkeit, den durchgeführten Forschungen, den veröffentlichten wissenschaftlichen Arbeiten, der in Lehre und Forschung unter Beweis gestellten Bereitschaft zur Zusammenarbeit und dem Einsatz für die Fakultät.

Art. 29. Die Dozenten sollen, um ihrem Amt nachkommen zu können, von anderen Aufgaben frei sein, die sich nicht mit ihrem Forschungs- und Lehrauftrag, wie er in den Statuten von den einzelnen Dozentengruppen gefordert ist, vereinbaren lassen.

Art. 30. Die Statuten müssen festsetzen:

a) wann und unter welchen Bedingungen die Dozenten aus ihrem Amt scheiden;

b) aus welchen Gründen und nach welchem Verfahren sie vom Amt suspendiert oder auch aus ihm entlassen werden können, damit so die Rechte sowohl des Dozenten, der Fakultät oder Universität, vor allem der Studenten, wie auch der kirchlichen Gemeinschaft in guter Weise geschützt werden können.

## Titel IV

## Studenten

Art. 31. Die kirchlichen Fakultäten stehen allen Klerikern und Laien offen, die durch ihre sittliche Lebensführung und abgeschlossenen Vorstudien für die Aufnahme in die Fakultät geeignet sind. Beides muß durch ein entsprechendes Zeugnis nachgewiesen werden.

Art. 32. § 1. Um sich in eine Fakultät zur Erlangung der akademischen Grade einschreiben zu können, muß der Studiennachweis erbracht werden, der für die Zulassung zu einer staatlichen Universität des eigenen Landes oder des Landes, in dem sich die Fa-

§ 2. Facultas in propriis Statutis determinet, quaenam, praeter ea, quae in § 1 dicta sunt, forte requirantur ad proprium studiorum curriculum ingrediendum, etiam quoad linguarum sive antiquarum sive recentium cognitionem.

Art. 33. Studentes leges Facultatis circa omnem ordinationem ac disciplinam – imprimis circa rationem studiorum, frequentiam, examina – necnon cetera, quae ad vitam Facultatis pertinent, fideliter servare debent.

Art. 34. Statuta definiant quomodo studentes, sive singuli sive consociati, partem habeant in vita communitatis *universitariae* circa ea, in quibus ad bonum commune Facultatis vel Universitatis ipsi conferre valeant.

Art. 35. Statuta pariter determinent quomodo studentes, ob graves causas, a quibusdam iuribus suspendi vel iis privari possint, vel etiam a Facultate excludi, ita ut iuribus tum studentis tum Facultatis vel Universitatis, necnon ipsius communitatis ecclesialis, apte provideatur.

## Titulus V

## De Officialibus et Administris

Art. 36. § 1. In Universitate vel Facultate regenda et administranda Auctoritates adiuventur ab Officialibus, in proprio munere rite versatis.

§ 2. Offciales sunt imprimis Secretarius, Bibliothecarius, Oeco-



kultät befindet, erforderlich ist.

§ 2. Die Fakultät soll in ihren Statuten die anderen eventuellen Bedingungen festsetzen, die außer den in § l aufgestellten für die Durchführung des eigenen Studienganges notwendig sind, auch was die Kenntnisse der alten und modernen Sprachen betrifft.

Art. 33. Die Studenten müssen die Vorschriften der Fakultät über die allgemeine Ordnung und die Disziplin – insbesondere über den Studienplan, den Vorlesungsbesuch und die Examen – wie auch alle anderen Anordnungen, die das Leben der Fakultät betreffen, gewissenhaft befolgen.

Art. 34. Die Statuten müssen festsetzen, auf welche Weise die Studenten als einzelne oder zusammengeschlossen am Leben der *Universitätsgemeinschaft* in den Bereichen teilnehmen, in denen sie zum Gesamtwohl der Fakultät oder der Universität beitragen können.

Art. 35. Ebenso sollen die Statuten bestimmen, wie die Studenten aus schwerwiegenden Gründen von gewissen Rechten suspendiert werden oder diese ganz verlieren oder sogar von der Fakultät ausgeschlossen werden können, wobei in angemessener Weise für den Schutz der Rechte sowohl des Studenten, der Fakultät oder Universität wie auch der kirchlichen Gemeinschaft selbst gesorgt werden soll.

## Titel V

## Verwaltungskräfte

Art. 36. § 1. In der Leitung und Verwaltung der Universität oder Fakultät sollen die Verantwortlichen von Angestellten unterstützt werden, die in ihren Aufgaben gebührend bewandert sind.

§ 2. Solche Angestellte sind vor allem der Sekretär, der Bibliothe-

nomus.

Art. 37. Habeantur quoque Administri, qui addicti sint custodiae, ordini aliisque offciis tuendis, secundum necessitates Universitatis vel Facultatis.

## Titulus VI

## De Ratione Studiorum

Art. 38. § 1. In studiorum ordinatione accurate serventur principia et normae, quae pro diversitate materiae in documentis ecclesiasticis, praesertim Concilii Vaticani II, continentur; simul vero ratio habeatur probatarum acquisitionum, quae ex progressu scientifico oriuntur et ad quaestiones solvendas, quae in praesenti agitantur, peculiariter conferunt.

§ 2. Methodus scientifica in singulis Facultatibus adhibeatur postulationibus respondens, quae singularum scientiarum propriae sunt. Recentes quoque methodi didacticae et paedagogicae opportune applicentur, quibus personalis studentium navitas eorumque in studiis pars actuosa aptius promoveantur.

Art. 39. § 1. Ad normam Concilii Vaticani II, pro singularum Facultatum indole:



kar und der Ökonom.

Art. 37. Ebenso soll Personal vorhanden sein, das für die Aufsicht, den Ordnungsdienst und andere Aufgaben entsprechend den Erfordernissen der Universität oder Fakultät zu sorgen hat.

## Titel VI

## Studienordnung

Art. 38. § 1. Bei der Festlegung der Studienordnung sind sorgfältig die Grundsätze und Vorschriften zu beachten, die entsprechend der Verschiedenheit der Materie in den kirchlichen Dokumenten, vor allem in denen des II. Vatikanischen Konzils, enthalten sind. Gleichzeitig soll man auch den sicheren Erkenntnissen Rechnung tragen, die sich aus dem wissenschaftlichen Fortschritt ergeben und die insbesondere zur Lösung der heute zur Diskussion stehenden Fragen beitragen.

§ 2. In den einzelnen Fakultäten soll die wissenschaftliche Methode angewandt werden, die den Anforderungen der einzelnen Wissenschaften entspricht. Ebenso soll man die neueren Methoden der Didaktik und Pädagogik nutzen, die geeignet sind, den persönlichen Einsatz der Studierenden und ihre aktive Beteiligung an den Studien zu fördern.

Art. 39. § 1. Nach den Richtlinien des II. Vatikanischen Konzils und entsprechend dem jeweiligen Charakter der einzelnen Fakultäten soll:

1° iusta agnoscatur libertas[17] in investigando et docendo, ut verus progressus obtineri possit in veritate divina cognoscenda et intellegenda;
2° simulque pateat:
a) veram libertatem in docendo necessario contineri intra limites verbi Dei, prout iugiter a vivo Magisterio Ecclesiae docetur;

b) item veram libertatem in investigando necessario niti firma adhaesione verbo Dei et obsequenti sui dispositione erga Magisterium Ecclesiae, cui munus concreditum est verbum Dei authentice interpretandi.

§ 2. Quapropter in re tam gravi multaeque prudentiae, cum fiducia et sine suspicione, simul vero cum consilio et sine temeritate, praesertim in docendo, procedendum est; atque postulationes scientificae cum pastoralibus necessitatibus populi Dei studiose componendae sunt.

Art. 40. In qualibet Facultate studiorum curriculum rite ordinetur per varios gressus seu cyclos, aptandos prout materia postulet, ita ut communiter:

a) imprimis generalis institutio tradatur, cohaerente omnium disciplinarum expositione, una cum introductione in usum methodi scientificae;

b) dein in aliqua disciplinarum *sectione* studium profundius instituatur, ac simul usu scientificae investigationis methodi plenius exerceantur studentes;

17 Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. past. de Ecclesia in mundo huius temporis Gaudium et spes, n. 59: AAS 58 (1966), p. 1080.



1° eine gebührende Freiheit[17] in Forschung und Lehre anerkannt werden, damit ein echter Fortschritt in der Erkenntnis und der Erfassung der göttlichen Wahrheit möglich wird;
2° soll gleichzeitig klar in Erscheinung treten:
a) daß die wahre Freiheit der Lehre notwendig innerhalb der Grenzen des Wortes Gottes liegt, wie es beständig vom lebendigen Lehramt der Kirche gelehrt wird;
b) daß sich die wahre Freiheit der Forschung notwendigerweise auf die überzeugte Annahme des Wortes Gottes gründet und von einer Haltung der Ergebenheit gegenüber dem Lehramt der Kirche begleitet sein muß, dem die Aufgabe anvertraut ist, das Wort Gottes authentisch zu interpretieren.

§ 2. Deshalb ist in diesem so bedeutenden und recht schwierigen Bereich mit Vertrauen und ohne Argwohn, aber auch mit gesundem Urteil und Besonnenheit vor allem in der Lehrtätigkeit vorzugehen; sodann sind mit Sorgfalt die wissenschaftlichen Erfordernisse mit den pastoralen Notwendigkeiten des Volkes Gottes in Einklang zu bringen.

Art. 40. In jeder Fakultät regle man den Studiengang in angemessener Weise durch verschiedene Grade oder Zyklen, die den Erfordernissen des Gegenstandes angepaßt sind, so daß gewöhnlich:

a) zuerst die allgemeine Ausbildung durch eine zusammenhängende Darstellung aller Disziplinen erfolgt, zusammen mit einer Einführung in die Anwendung der wissenschaftlichen Methode;

b) danach ein vertieftes Studium in einem besonderen *Bereich* der Disziplinen unternommen wird, während die Studenten sich gleichzeitig gründlicher in den Gebrauch der Methode wissen-

17 Vgl. II. Vat. Konzil, Pastoralkonstitution Gaudium et Spes, 59: AAS 58 (1966) 1080.

c) tandem ad scientificam maturitatem progressus fiat, praesertim per opus scriptum, quod ad scientiae profectum vere conferat.

Art. 41. § 1. Disciplinae determinentur, quae ad proprium Facultatis finem obtinendum necessario requirantur, quae vero ad ipsum consequendum diversa ratione adiuvent, ideoque quomodo opportune inter se distinguantur.

§ 2. Disciplinae ita ordinentur in singulis Facultatibus ut corpus organicum constituant, solidae et cohaerenti studentium formationi inserviant, ac mutuam docentium cooperationem faciliorem reddant.

Art. 42. Lectiones, praesertim in cyclo institutionali, necessario habendae sunt et studentibus frequentandae secundum normas in Statutis determinandas.

Art. 43. Exercitationes et seminaria, praecipue in cyclo *specializationis*, sub docentium ductu, assidue fiant, ac studio privato et frequenti cum docentibus colloquio iugiter compleantur.

Art. 44. Statuta Facultatis definiant, quae examina vel aequipollentia experimenta studentibus subeunda sint, sive scripto sive ore facta, in fine semestris vel anni, ac praesertim cycli, ut eorum profectus comprobetur ad studia in Facultate prosequenda et ad gradus academicos consequendos.

Art. 45. Statuta pariter determinent, quae ratio habenda sit studiorum, quae alibi peracta sint, respectu praesertim dispensationis concedendae a quibusdam disciplinis vel examinibus vel etiam



schaftlicher Forschung einüben;

c) schließlich zu wissenschaftlicher Reife vorangeschritten wird, vor allem durch eine schriftliche Arbeit, die zu einem wirklichen Fortschritt der Wissenschaft beitragen soll.

Art. 41. § 1. Es sind die Disziplinen zu bestimmen, die zur Erlangung des spezifischen Zieles der Fakultät notwendig gefordert werden, wie auch jene, die in verschiedener Weise der Erreichung dieses Zieles dienen können; daher ist anzugeben, wie sie angemessen voneinander unterschieden werden.

§ 2. In den einzelnen Fakultäten sollen die Disziplinen so geordnet sein, daß sie eine organische Einheit bilden, zur gründlichen und harmonischen Ausbildung der Studenten dienen und die Zusammenarbeit unter den Dozenten erleichtern.

Art. 42. Die Vorlesungen müssen, vor allem im Zyklus der Grundausbildung, als verpflichtend angesehen werden und müssen von den Studenten nach den Vorschriften, die die Statuten festsetzen, besucht werden.

Art. 43. Die Übungen und Seminare, besonders im Zyklus der *Spezialisierung*, müssen unter der Leitung der Dozenten regelmäßig durchgeführt werden und sind fortlaufend durch privates Studium und häufige Gespräche mit den Dozenten zu ergänzen.

Art. 44. Die Statuten der Fakultät sollen festsetzen, welche Examen oder gleichwertigen Prüfungen die Studenten schriftlich oder mündlich am Semester- oder Jahresende, vor allem aber zum Abschluß des Zyklus, abzulegen haben, um deren Erfolg im Hinblick auf die Fortsetzung ihrer Studien an der Fakultät und die Erlangung der akademischen Grade feststellen zu können.

Art. 45. Ebenso sollen die Statuten bestimmen, wie die andernorts gemachten Studien zu bewerten sind, vor allem für die Gewährung von Befreiung von einigen Disziplinen oder Examen oder auch für

ipsius curriculi contrahendi, servatis praescriptis Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica.

## Titulus VII

## De Gradibus Academicis

Art. 46. § 1 Post singulos cyclos curriculi studiorum congruens gradus academicus conferri potest, qui pro singulis Facultatibus statuendus est, attentis tum spatio cycli tum disciplinis in eo traditis.

§ 2. Quare, secundum normas communes et speciales huius Constitutionis, in Statutis singularum Facultatum accurate determinentur omnes gradus, qui conferantur et quibus condicionibus.

Art. 47. § 1. Gradus academici, qui a Facultate Ecclesiastica conferuntur, sunt: Baccalaureatus, Licentia, Doctoratus.

§ 2. His gradibus, pro diversitate Facultatum et ordinationis studiorum in singulis Facultatibus, peculiares *qualificationes* addi possunt.

Art. 48. Gradus academici in Statutis singularum Facultatum aliis quoque nominibus exprimi possunt, ratione habita praxis universitatum propriae regionis, dummodo aequipollentia cum gradibus academicis supra memoratis clare significetur atque uniformitas servetur in Facultatibus Ecclesiasticis eiusdem regionis.

Art. 49. § 1. Nemo gradum academicum obtinere potest nisi



die Verkürzung des Studiengangs selbst, wobei die Richtlinien der Kongregation für das katholische Bildungswesen zu beachten sind.

## Titel VII

## Akademische Grade

Art. 46. § 1. Am Ende der einzelnen Zyklen des Studienganges kann der entsprechende akademische Grad verliehen werden, der von den einzelnen Fakultäten dafür festgesetzt worden ist, wobei sowohl die Dauer des Zyklus als auch die darin enthaltenen Disziplinen zu beachten sind.

§ 2. Deshalb muß in den Statuten der einzelnen Fakultäten entsprechend den allgemeinen und den besonderen Normen dieser Konstitution mit Sorgfalt festgesetzt werden, welche Grade unter welchen Bedingungen verliehen werden.

Art. 47. § 1. Die akademischen Grade, die in einer kirchlichen Fakultät verliehen werden, sind: das Bakkalaureat, das Lizentiat und das Doktorat.

§ 2. Zu diesen Graden können nach der Verschiedenheit der Fakultäten und der Studienordnungen in den einzelnen Fakultäten noch besondere *Qualifikationen* hinzugefügt werden.

Art. 48. Die akademischen Grade können in den Statuten der einzelnen Fakultäten auch mit anderen Namen bezeichnet werden, wobei der Praxis an den Universitäten des Gebietes Rechnung zu tragen ist; es muß jedoch deutlich angegeben werden, mit welchen der obengenannten Grade sie gleichwertig sind, und ebenso muß die Einheitlichkeit unter den kirchlichen Fakultäten desselben Gebietes gewahrt bleiben.

Art. 49. § 1. Niemand kann einen akademischen Grad erlangen,

Facultati fuerit rite adscriptus, studiorum curriculum Statutis praescriptum absolverit, atque in examinibus vel experimentis probatus fuerit.

§ 2. Nemo ad Doctoratum admittatur nisi antea Licentiam consecutus sit.

§ 3. Ad Doctoratum consequendum requiritur praeterea dissertatio doctoralis, quae ad scientiae progressum vere conferat, sub docentis ductu exarata, publica disceptatione expensa, collegialiter approbata, et saltem praecipua ex parte publici iuris facta.

Art. 50. § 1. Doctoratus est gradus academicus, qui aliquem habilem reddit ad docendum in Facultate ideoque ad id requiritur; Licentia est gradus academicus, qui habilem reddit ad docendum in seminario maiore vel aequipollenti schola ideoque ad id requiritur.

§ 2. Gradus academici, qui requiruntur ad varia munera ecclesiastica obeunda, a competenti Auctoritate Ecclesiastica statuuntur.

Art. 51. Doctoratus ad honorem ob peculiaria merita scientifica vel culturalia in promovendis scientiis ecclesiasticis acquisita conferri potest.

## Titulus VIII

## De rebus didacticis

Art. 52. Ad fines proprios assequendos, maxime ad investigationes scientificas peragendas, in unaquaque Universitate vel Facultate congruens bibliotheca adsit, ad docentium et studentium usum accommodata, recto ordine disposita et opportunis catalogis



der nicht regulär in die Fakultät eingeschrieben ist, den von den Statuten vorgeschriebenen Studiengang noch nicht abgeschlossen und die entsprechenden Examen oder Prüfungen nicht erfolgreich bestanden hat.

§ 2. Zum Doktorat werde niemand zugelassen, der nicht vorher das Lizentiat erlangt hat.

§ 3. Um das Doktorat zu erlangen, wird ferner eine Dissertation gefordert, die wirklich zum Fortschritt der Wissenschaft beiträgt, die unter der Leitung eines Dozenten erarbeitet, in öffentlicher Sitzung diskutiert, kollegial approbiert und wenigstens in ihrem Hauptteil veröffentlicht worden ist.

Art. 50. § 1. Das Doktorat ist der akademische Grad, der zur Lehrtätigkeit an einer Fakultät befähigt und dazu nötig ist; das Lizentiat ist der akademische Grad, der zur Lehrtätigkeit in einem Priesterseminar oder in einer diesem gleichwertigen Ausbildungsstätte befähigt und hierfür erfordert ist.

§ 2. Die akademischen Grade, die für die Übernahme der verschiedenen kirchlichen Ämter verlangt werden, werden von der zuständigen kirchlichen Autorität festgesetzt.

Art. 51. Das Ehrendoktorat kann wegen besonderer wissenschaftlicher oder kultureller Verdienste um die Förderung kirchlicher Wissenschaft verliehen werden.

## Titel VIII

## Lehrmittel

Art. 52. Um die eigenen Ziele zu erreichen und vor allem wissenschaftliche Forschungen durchführen zu können, soll in jeder Universität oder Fakultät eine entsprechende Bibliothek vorhanden sein, die den Bedürfnissen der Dozenten und der Studenten ent-

instructa.

Art. 53. Congrua pecuniae summa, quotannis assignata, bibliotheca continuo augeatur libris, tum antiquis tum recens scriptis, atque praecipuis commentariis periodicis, ita ut disciplinis tam investigandis et tradendis quam discendis atque exercitationibus et seminariis perficiendis effcaciter servire possit.

Art. 54. Bibliothecae praeficiatur peritus in hac re, qui apto Consilio adiuvetur, et Consilia Universitatis vel Facultatis opportune participet.

Art. 55. § 1. Instrumenta quoque technica, *audivisifica*, etc., quae artem didacticam iuvent, Facultati praesto sint.

§ 2. Pro peculiari Universitatis vel Facultatis natura et fine, etiam instituta investigationis et laboratoria scientifica habeantur, aliaque subsidia ad proprium finem obtinendum necessaria.

## Titulus IX

## De rebus oeconomicis

Art. 56. Universitati vel Facultati bonorum copia praesto sit ad finem suum convenienter assequendum necessaria. Status vero patrimonialis et iura proprietatis accurate describantur.

Art. 57. Statuta determinent munus Oeconomi, necnon partes Rectoris vel Praesidis et Consiliorum in Universitatis vel Facultatis re oeconomica gerenda iuxta normas rectae



spricht, gut geordnet ist und die notwendigen Kataloge besitzt.

Art. 53. Durch die jährliche Bereitstellung eines entsprechenden Geldbetrages soll die Bibliothek ständig mit Büchern aus alter und neuer Zeit wie auch mit den wichtigsten Zeitschriften ausgestattet werden, damit sie wirksam zur Vertiefung und lehrmäßigen Vermittlung der Disziplinen wie auch zu deren Erarbeitung und für Übungen und Seminare dienen kann.

Art. 54. Die Leitung der Bibliothek muß einem erfahrenen Fachmann anvertraut werden, dem ein entsprechender Rat zur Seite steht und der in angemessener Weise auch an den Gremien der Universität oder Fakultät teilnimmt.

Art. 55. § 1. Die Fakultät muß ferner über die technischen, *audiovisuellen* u. ä. Hilfsmittel verfügen, die für den Lehrbetrieb hilfreich sind.

§ 2. Entsprechend der besonderen Natur und Zielsetzung der Universität oder Fakultät sollen auch Forschungsinstitute und wissenschaftliche Laboratorien wie auch andere Hilfsmittel vorhanden sein, die für die Erreichung des gesetzten Zieles notwendig sind.

## Titel IX

## Wirtschaftliche Belange

Art. 56. Die Universität oder Fakultät muß über die wirtschaftlichen Mittel verfügen, die notwendig sind, um die ihr gestellte Aufgabe erfüllen zu können. Es soll ein genaues Verzeichnis über das Vermögen und die Eigentumsrechte angefertigt werden.

Art. 57. Die Statuten sollen nach den Normen einer korrekten Wirtschaftsführung die Aufgaben des Ökonoms wie auch die Zuständigkeiten des Rektors oder Präses und der Räte in der wirtschaftlichen Verwaltung der Universität oder Fakultät bestimmen,

oeconomiae, ita ut administratio sana servetur.

Art. 58. Docentibus, Offcialibus et Administris congruum honorarium tribuatur, ratione habita consuetudinum in regione vigentium, etiam quoad protectionem cautionesque sociales.

Art. 59. Statuta pariter determinent normas generales de modis, quibus studentes sumptus Universitatis vel Facultatis participent, tributa solvendo pro admissione, annua adscriptione, examinibus et diplomatibus.

## Titulus X

## De Facultatum praestituta distributione et cooperatione

Art. 60. § 1. Facultatum praestituta distributio seu, ut aiunt, planificatio sedulo curanda est ut provideatur tum ipsarum Universitatum et Facultatum conservationi et progressui, tum earum congruae in variis terrae partibus distributioni.

§ 2. Ad hoc perficiendum Sacra Congregatio pro Institutione Catholica consiliis adiuvetur Conferentiarum Episcopalium et Commissionis Peritorum.

Art. 61. Novae Universitatis vel Facultatis erectio vel approbatio a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica decernuntur, cum omnia, quae requiruntur, praesto sint, habita sententia Ordinarii loci, Conferentiae Episcopalis, necnon virorum peritorum praesertim ex vicinioribus Facultatibus.



damit eine gute Wirtschaftsführung gewährleistet ist.

Art. 58. Den Dozenten und Angestellten soll eine angemessene Vergütung gezahlt werden, wobei den am Ort geltenden Gewohnheiten Rechnung zu tragen ist, auch was soziale Unterstützung und Versicherungen betrifft.

Art. 59. Die Statuten sollen gleichermaßen die allgemeinen Normen festlegen, wie sich die Studenten durch Zahlung von Gebühren für die Zulassung, die jährliche Einschreibung, für Examen und Diplome an den Ausgaben der Universität oder Fakultät beteiligen sollen.

## Titel X

## Planung und Zusammenarbeit der Fakultäten

Art. 60. § 1. Die Planung der Fakultäten muß mit Sorgfalt vorgenommen werden, damit sowohl für die Erhaltung und den Fortschritt der Universitäten und Fakultäten als auch für ihre angemessene Verteilung in den verschiedenen Teilen der Welt gesorgt wird.

§ 2. Um dies zu erreichen, wird die Kongregation für das katholische Bildungswesen durch entsprechende Gutachten von seiten der Bischofskonferenzen und einer Expertenkommission unterstützt.

Art. 61. Die Errichtung oder Approbation einer neuen Universität oder Fakultät wird von der Kongregation für das katholische Bildungswesen entschieden, wenn alle erforderlichen Voraussetzungen erfüllt sind, wofür auch die Meinung des Ortsordinarius, der Bischofskonferenz und von Fachleuten, insbesondere von den

Art. 62. § 1. Affliatio Instituti alicui Facultati, ad Baccalaureatum consequendum, a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica decernitur, post impletas condiciones ab eadem determinatas.

§ 2. Enixe optatur, ut Studia Theologica tum dioecesium tum institutorum religiosorum alicui Facultati Sacrae Theologiae afflientur.

Art. 63. Aggregatio et Incorporatio Instituti alicui Facultati, etiam ad superiores gradus academicos consequendos, a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica decernuntur, post impletas condiciones ab eadem determinatas.

Art. 64. Cooperatio inter Facultates, sive eiusdem Universitatis, sive eiusdem regionis, sive etiam maioris amplitudinis, sedulo curanda est. Multum enim iuvat ad docentium investigationem scientificam et studentium meliorem formationem promovendam; necnon ad eam fovendam rationem, quae *interdisciplinaris* appellari solet et in dies magis necessaria apparet; similiter ad *complementarietatem*, ut dicitur, inter Facultates provehendam; atque universe ad sapientiae christianae penetrationem in totam culturam procurandam.



benachbarten Fakultäten, eingeholt wird.

Art. 62. § 1. Die Affiliation eines Institutes an eine Fakultät zur Erlangung des Bakkalaureates wird von der Kongregation für das katholische Bildungswesen entschieden, nachdem die von derselben Stelle festgesetzten Bedingungen erfüllt sind.

§ 2. Es wird eindringlich empfohlen, die theologischen Studien der Bistümer und der Orden an eine theologische Fakultät zu affiliieren.

Art. 63. Die Aggregation und die Inkorporation eines Institutes in eine Fakultät zur Erlangung auch der höheren akademischen Grade werden von der Kongregation für das katholische Bildungswesen entschieden, nachdem die von derselben Behörde festgesetzten Bedingungen erfüllt sind.

Art. 64. Die Zusammenarbeit zwischen den Fakultäten innerhalb der gleichen Universität oder des gleichen Gebietes oder auch einer größeren Region soll mit viel Sorgfalt gepflegt werden. Sie ist ja von großem Nutzen für die Förderung der wissenschaftlichen Forschung der Dozenten und der Ausbildung der Studenten wie auch für die Entwicklung der sogenannten *interdisziplinären* Beziehungen, die immer notwendiger erscheinen; in ähnlicher Weise ist sie dienlich zur *gegenseitigen Ergänzung* der verschiedenen Fakultäten untereinander, und ganz allgemein zur Verwirklichung der Durchdringung der gesamten Kultur mit christlichem Gedankengut.

# PARS ALTERA

# NORMAE SPECIALES

Art. 65. Praeter normas omnibus Facultatibus Ecclesiasticis communes, in prima parte huius Constitutionis propositas, normae speciales dantur pro quibusdam Facultatibus, attenta earum peculiari natura et momento in Ecclesia.

## Titulus I

## De Facultate Sacrae Theologiae

Art. 66. Facultas Sacrae Theologiae eo tendit ut doctrina catholica, ex divina Revelatione maxima cura hausta, methodo scientifica sibi propria alte perspiciatur et systematice enucleetur; atque humanorum problematum solutiones sub ipsius Revelationis lumine sedulo investigentur.

Art. 67. § 1. Sacrae Scripturae studium sit veluti anima Sacrae Theologiae, quae in verbo Dei scripto, una cum viva Traditione, tamquam in perenni fundamento innititur.[18]

[18] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione Dei Verbum, n. 24: AAS 58 (1966), p. 827.



# ZWEITER TEIL

# BESONDERE NORMEN

Art. 65. Außer den allgemeinen Normen für alle kirchlichen Fakultäten, die im ersten Teil dieser Konstitution aufgestellt worden sind, werden im folgenden besondere Normen für einige Fakultäten erlassen, die durch ihre spezielle Natur für die Kirche besonders wichtig sind.

## Titel I

## Theologische Fakultät

Art. 66. Die Theologische Fakultät hat das Ziel, die katholische Lehre mit größter Sorgfalt aus der göttlichen Offenbarung zu erheben, sie nach der ihr eigenen wissenschaftlichen Methode tiefer zu durchdringen und systematisch darzulegen sowie im Lichte dieser Offenbarung sorgsam nach Lösungen für die menschlichen Probleme zu suchen.

Art. 67. § 1. Das Studium der Heiligen Schrift muß gleichsam die Seele der Theologie sein, die sich ja auf das geschriebene Wort Gottes zusammen mit der lebendigen Tradition als ihr bleibendes Fundament stützt.[18]

[18] Vgl. II. Vat. Konzil, Dogmatische Konstitution über die göttliche Offenbarung Dei Verbum, 24: AAS 58 (1966) 827.

§ 2. Singulae vero disciplinae theologicae ita tradantur ut, ex internis rationibus proprii cuiusque obiecti et in conexione cum aliis disciplinis etiam philosophicis necnon cum scientiis anthropologicis, unitas totius institutionis theologicae aperte clarescat, omnesque vergant ad intime cognoscendum Christi mysterium, populo Dei omnibusque gentibus efficacius inde annuntiandum.

Art. 68. § 1. Veritas revelata consideretur quoque in conexione cum progredientis aetatis acquisitionibus scientificis ut clare perspiciatur „quomodo fides et ratio in unum verum conspirent“[19] atque eius expositio talis sit, quae, sine veritatis immutatione, ingenio indolique uniuscuiusque culturae accommodetur, peculiari ratione habita philosophiae et sapientiae populorum, seclusa tamen omnis synchretismi et falsi particularismi specie.[20]

§ 2. Valores positivi, qui in variis philosophiis et culturis inveniuntur, sedulo investigandi, seligendi et assumendi sunt; non autem accipienda sunt systemata et methodi, quae cum fide christiana componi nequeant.

19 Conc. Oecum. Vat. II, Declar. de Educatione christiana Gravissimum Educationis, n. 10: AAS 58 (1966), p. 737.

20 Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de activ. miss. Ecclesiae Ad Gentes divinitus, n. 22: AAS 58 (1966), pp. 973 s.



§ 2. Die einzelnen theologischen Disziplinen müssen in der Weise gelehrt werden, daß aus den inneren Gründen des jeweiligen Gegenstandes und in Verbindung mit den anderen theologischen Disziplinen, auch mit den philosophischen und den Humanwissenschaften, die Einheit der ganzen theologischen Lehre klar hervortritt und alle Disziplinen auf eine intensive Kenntnis des Geheimnisses Christi ausgerichtet sind, damit es so dem Volk Gottes und allen Völkern noch wirksamer verkündet werden kann.

Art. 68. § 1. Die geoffenbarte Wahrheit muß auch in Verbindung mit den wissenschaftlichen Ergebnissen der voranschreitenden Zeit betrachtet werden, damit man klar erkennt, „wie der Glaube und die Vernunft sich in der einen Wahrheit begegnen“[19]; ferner soll sie in einer Weise dargelegt werden, wie sie, ohne den Wahrheitsgehalt zu verändern, dem Wesen und der Eigenart einer jeden Kultur entspricht, wobei besonders die Philosophie und Weisheit der Völker Beachtung finden muß; es ist jedoch jede Form von Synkretismus und falschem Partikularismus auszuschließen.[20]

§ 2. Es sollen mit Sorgfalt die positiven Werte, die in den verschiedenen Philosophien und Kulturen enthalten sind, ausfindig gemacht und kritisch aufgenommen werden; Systeme und Methoden jedoch, die mit dem christlichen Glauben unvereinbar sind, dürfen nicht übernommen werden.

19 II. Vat. Konzil, Erklärung über die christliche Erziehung Gravissimum Educationis, 10: AAS 58 (1966) 737.

20 Vgl. II. Vat. Konzil, Dekret über die Missionstätigkeit der Kirche Ad Gentes, 22: AAS 58 (1966) 973 f.

Art. 69. Quaestiones oecumenicae, iuxta normas competentis Auctoritatis Ecclesiasticae,[21] accurate pertractandae sunt; relationes quoque cum religionibus non christianis attente considerandae; ac sedula cura examinanda sunt problemata, quae ex hodierno atheismo oriuntur.

Art. 70. In doctrina catholica investiganda et docenda fidelitas erga Ecclesiae Magisterium semper eluceat. In docendi munere explendo, praesertim in cyclo institutionali, ea imprimis tradantur, quae ad patrimonium acquisitum Ecclesiae pertinent. Probabiles et personales opiniones, quae ex novis investigationibus oriantur, nonnisi ut tales modeste proponantur.

Art. 71. In doctrina tradenda normae serventur, quae in documentis Concilii Vaticani II continentur,[22] necnon in recentioribus Apostolicae Sedis documentis,[23] quatenus etiam studia academica respiciunt.

21 Cfr. Directorium ad ea quae a Conc. Vat. II de re oecumenica promulgata sunt exsequenda, Pars altera: AAS 62 (1970), pp. 705 ss.

22 Cfr. praesertim Conc. Oecum. Vat. II, Const. dogm. de divina Revelatione Dei Verbum: AAS 58 (1966), pp. 817 ss., et Decr. de Institutione sacerdotali Optatam totius: AAS 58 (1966), pp. 713 ss.

23 Cfr. praesertim Pauli VI Epist. Lumen Ecclesiae de S. Thoma Aquinate, 20 Nov. 1974: AAS 66 (1974), pp. 673 ss., et Sacrae Congr. pro Institutione Catholica Litteras: de institutione theologica (22 Febr. 1976); de institutione canonistica (1 Mart. 1975); de institutione philosophica (20 Ian. 1972).



Art. 69. Die ökumenischen Fragen müssen sorgfältig nach den von der zuständigen kirchlichen Autorität erlassenen Richtlinien behandelt werden;[21] auch die Beziehungen zu den nichtchristlichen Religionen sind aufmerksam zu verfolgen, wie auch die Probleme, die sich aus dem heutigen Atheismus ergeben, mit größter Genauigkeit geprüft werden müssen.

Art. 70. Beim Studium und bei der Vermittlung der katholischen Lehre muß der Treue zum Lehramt der Kirche stets eine besondere Bedeutung beigemessen werden. In der konkreten Lehrtätigkeit soll vor allem im Grundzyklus hauptsächlich das gelehrt werden, was zum gesicherten Lehrgut der Kirche gehört. Nur wahrscheinliche Meinungen und persönliche Ansichten, die sich aus neueren Forschungen herleiten, sollen in Bescheidenheit als solche vorgetragen werden.

Art. 71. Bei der Darlegung der Lehre beachte man die Normen, die in den Dokumenten des II. Vatikanischen Konzils[22] und in den jüngeren Dokumenten des Heiligen Stuhles[23] enthalten sind, soweit sie auch die akademischen Studien betreffen.

21 Vgl. Directorium ad ea quae a Conc. Vat. II de re oecumenica promulgata sunt exsequenda, 2. Teil: AAS 62 (1970) 705 ff.

22 Vgl. vor allem die Dogmatische Konstitution über die göttliche Offenbarung Dei Verbum: AAS 58 (1966) 817 ff., und das Dekret über die Ausbildung der Priester Optatam totius: AAS 58 (1966) 713 ff.

23 Vgl. vor allem das Schreiben Pauls VI. Lumen Ecclesiae über den hl. Thomas von Aquin vom 20. Nov. 1974: AAS 66 (1974) 673 ff. und die Schreiben der Kongregation für das katholische Bildungswesen: über den theologischen Unterricht vom 22. Febr. 1976, über den kanonistischen Unterricht vom 1. März 1975, über den philosophischen Unterricht vom 20. Jan. 1972.

Art. 72. Studiorum curriculum Facultatis Sacrae Theologiae complectitur:

a) primum cyclum, institutionalem, qui per quinquennium seu decem semestria protrahitur, vel per triennium, si biennium philosophicum antea requiratur.

Primum biennium praesertim impendendum est solidae institutioni philosophicae, quippe quae necessaria sit ad studium theologiae congrue obeundum. Baccalaureatus adeptus in ecclesiastica Facultate Philosophiae substituit cursus philosophicos primi cycli consequendos in Facultatibus Theologiae. Baccalaureatus autem in Philosophia adeptus in Facultate non ecclesiastica ratio non est plane dispensandi studentem a primi cycli cursibus philosophicis in Facultatibus Theologiae.

Disciplinae theologicae ita tradantur ut organica expositio totius doctrinae catholicae praebeatur, una cum introductione in methodum scientificae investigationis theologicae.

Cyclus concluditur gradu academico Baccalaureatus vel alio congruo gradu academico in Statutis determinando.

b) secundum cyclum, *specializationis*, qui protrahitur per biennium seu quattuor semestria.

In eo disciplinae speciales secundum diversam *specializationis* indolem traduntur, ac seminaria et exercitationes habentur ad scientificae investigationis theologicae usum acquirendum.

Cyclus concluditur gradu academico Licentiae *specializatae*.

c) tertium cyclum, quo per congruum tempus scientifica formatio



Art. 72. Der Studiengang der Theologischen Fakultät umfaßt:

a) den ersten Zyklus oder den Grundausbildungskurs, der sich über fünf Jahre oder zehn Semester erstreckt oder nur über drei Jahre, wenn zuvor ein zweijähriges Philosophiestudium verlangt wird.

Die ersten beiden Jahre sollen mehrheitlich einer soliden philosophischen Grundlage gewidmet werden, da diese für ein angemessenes Angehen des Theologiestudiums notwendig ist. Das Bakkalaureat, das in einer kirchlichen Fakultät für Philosophie erlangt wurde, ersetzt die Kurse der Philosophie eines ersten Zyklus an einer Theologischen Fakultät. Das Bakkalaureat in Philosophie, das an einer nicht kirchlichen Fakultät erlangt wurde, ist kein hinreichender Grund für die vollständige Dispens eines Studenten von philosophischen Kursen des ersten Zyklus an einer Theologischen Fakultät.

Die theologischen Disziplinen müssen in der Weise gelehrt werden, daß eine organische Darlegung der gesamten katholischen Lehre geboten wird, mit gleichzeitiger Einführung in die Methode wissenschaftlicher Forschung.

Der Zyklus schließt mit dem akademischen Grad des Bakkalaureates oder einem anderen entsprechenden Grad ab, wie es in den Statuten der Fakultät festgesetzt ist;

b) den zweiten Zyklus, ein *Spezialstudium*, das sich über zwei Jahre oder vier Semester erstreckt.

Je nach Art der *Spezialisierung* werden hier ausgewählte Disziplinen gelehrt und Seminare und Übungen zur Aneignung konkreter Erfahrungen in der wissenschaftlichen Forschung durchgeführt.

Der Zyklus schließt mit dem akademischen Grad des Lizentiates des zweiten Zyklus, dem *spezialisierten* Lizentiat, ab;

c) den dritten Zyklus, in dem während eines angemessenen Zeit-

theologica perficitur, praesertim per dissertationis doctoralis elaborationem.

Cyclus concluditur gradu academico Doctoratus.

Art. 73. § 1. Ut quis Facultati Sacrae Theologiae adscribi valeat, oportet studia antea requisita absolverit ad normam art. 32 huius Constitutionis.

§ 2. Ubi primus Facultatis cyclus est triennalis, studens testimonium afferre debet de biennio philosophico apud probatam Facultatem Philosophicam vel Institutum rite absoluto.

Art. 74. § 1. Facultatis Sacrae Theologiae peculiare offcium est curare scientificam formationem theologicam eorum, qui ad presbyteratum contendunt vel ad specialia munera ecclesiastica praeparantur.

§ 2. Ad hunc finem speciales etiam disciplinae, sacrorum alumnis accommodatae, praesto sint; immo opportune ab ipsa Facultate ad pastoralem formationem complendam institui potest „Annus pastoralis“, qui post absolutum quinquennium institutionale ad presbyteratum requiritur et collatione specialis Diplomatis concludi potest.

# Titulus II

## De Facultate Iuris Canonici

Art. 75. Facultas Iuris Canonici, Latini vel Orientalis, disciplinas canonisticas in lumine legis evangelicae excolere ac provehere intendit, in iisdemque studentes altius instituere ut ad investigationem et magisterium formentur necnon ad peculiaria



raumes die wissenschaftliche Ausbildung vervollkommnet wird, insbesondere durch die Ausarbeitung der Dissertation.

Der Zyklus schließt mit dem akademischen Grad des Doktorates ab.

Art. 73. § 1. Um sich in die Theologische Fakultät einschreiben zu können, ist erforderlich, daß man die im Art. 32 dieser Konstitution vorgeschriebenen Studien abgeschlossen hat.

§ 2. Wo der erste Zyklus der Fakultät drei Jahre umfaßt, muß der Student das Zeugnis eines zweijährigen Philosophiestudiums vorlegen, das er an einer Philosophischen Fakultät oder einem anerkannten Institut abgeschlossen hat.

Art. 74. § 1. Die Theologische Fakultät hat die besondere Aufgabe, die wissenschaftliche theologische Ausbildung jener zu gewährleisten, die auf das Priestertum zugehen oder sich auf die Übernahme von besonderen kirchlichen Aufgaben vorbereiten.

§ 2. Zu diesem Zweck sollen auch spezielle, für die Kandidaten des Priestertums bestimmte Disziplinen vorhanden sein; um die pastorale Ausbildung zu vervollständigen, kann je nach Zweckmäßigkeit sogar in der Fakultät selbst ein „Pastoraljahr“ eingerichtet werden, das nach dem Abschluß der fünfjährigen Grundausbildung für die Priesteramtskandidaten verlangt wird und mit der Erteilung eines besonderen Diploms abgeschlossen werden kann.

# Titel II

## Kirchenrechtliche Fakultät

Art. 75. Die Kirchenrechtliche Fakultät des lateinischen oder orientalischen Rechts hat das Ziel, die kirchenrechtlichen Disziplinen im Lichte des Gesetzes des Evangeliums zu pflegen und zu fördern und die Studenten hierin gründlich zu unterrichten, damit sie

munera ecclesiastica obeunda praeparentur.

Art. 76. Studiorum curriculum Facultatis Iuris Canonici complectitur:

a) primum cyclum, per quattuor semestria seu duos annos protrahendum, pro iis qui debita formatione philosophico-theologica carent, non exceptis iis qui gradum academicum in iure civili iam consecuti sunt; in eo studium impenditur generalibus institutionibus iuris canonici iisque disciplinis philosophicis et theologicis quæ ad superiorem formationem canonisticam requiruntur;

b) secundum cyclum per sex semestria seu triennium pro omnibus protrahendum, qui integri Codicis per plenam tractationem eiusdem fontium sive magisterialium sive disciplinarium altiore studio impenditur, addito studio affinium disciplinarum;

c) tertium cyclum, saltem per duo semestria seu per annum protrahendum, quo canonistica formatio perficitur ad dissertationem doctoralem, per scientificam investigationem, elaborandam.

Art. 77. § 1. Quoad disciplinas in primo cyclo praescriptas, Facultas uti potest cursibus in aliis Facultatibus traditis, qui ab ipsa propriis postulatis respondentes agnoscantur.

§ 2. Secundus cyclus concluditur Licentia; tertius vero Doctoratu.

§ 3. Statuta Facultatis peculiaria requisita ad singulos gradus academicos consequendos definiant, ratione habita Ordinationum Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica.



für Forschung und Lehrtätigkeit ausgebildet und auch für die Übernahme besonderer kirchlicher Aufgaben vorbereitet werden.

Art. 76. Der Studiengang der Kirchenrechtlichen Fakultät umfaßt:

a) den ersten Zyklus, der sich über vier Semester oder zwei Jahre erstrecken soll für diejenigen, die keine philosophisch-theologische Ausbildung haben, einschließlich derer, die einen akademischen Grad im staatlichen Recht erworben haben; das Studium gilt in dieser Zeit den allgemeinen Grundlagen des Kirchenrechts und jenen philosophischen und theologischen Disziplinen, die für eine höhere kanonistische Ausbildung erforderlich sind;

b) den zweiten Zyklus, der sich für alle über sechs Semester oder drei Jahre erstrecken soll; er dient einer umfassenden Behandlung des gesamten Codex einschließlich seiner lehramtlichen und rechtlichen Quellen durch ein vertieftes Studium; hinzu kommt noch das Studium der benachbarten Disziplinen;

c) den dritten Zyklus, der mindestens zwei Semester oder ein Jahr dauern soll; darin wird die kanonistische Ausbildung vervollkommnet und auf dem Wege wissenschaftlicher Forschung eine Doktordissertation ausgearbeitet.

Art. 77. § 1. Für die im ersten Zyklus vorgeschriebenen Disziplinen kann sich die Fakultät der Kurse bedienen, die in anderen Fakultäten gehalten werden und von ihr selbst als den eigenen Anforderungen entsprechend anerkannt worden sind.

§ 2. Der zweite Zyklus schließt mit dem Lizentiat, der dritte mit dem Doktorat.

§ 3. Die Statuten der Fakultät müssen die besonderen Anforderungen für die Erlangung der einzelnen akademischen Grade festsetzen, wobei den Vorschriften der Kongregation für das katholische

Art. 78. Ut quis Facultati Iuris Canonici adscribi possit, oportet studia antea requisita absolverit ad normam Art. 32 huius Constitutionis.

# Titulus III

## De Facultate Philosophiae

Art. 79. § 1. Facultas Ecclesiastica Philosophiae intendit problemata philosophica methodica investigatione perscrutari et, „patrimonio philosophico perenniter valido“[24] innixa, eorum solutionem naturali rationis lumine inquirere, atque cum christiana mundi, hominis et Dei visione cohaerentiam monstrare, relationes philosophiae cum theologia recta in luce ponendo.

§ 2. Studentes dein ita instituere sibi proponit ut apti evadant ad magisterium aliaque congrua intellectualia munera obeunda necnon ad christianam promovendam culturam et ad fructuosum habendum dialogum cum hominibus nostri temporis.

[24] Cfr. Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de Institutione sacerdotali Optatam totius, n. 15: AAS 58 (1966), p. 722.



Bildungswesen Rechnung zu tragen ist.

Art. 78. Um sich in die Kirchenrechtliche Fakultät einschreiben zu können, ist es notwendig, die im Art. 32 dieser Konstitution vorgeschriebenen Studien abgeschlossen zu haben.

# Titel III

## Philosophische Fakultät

Art. 79. § 1. Die kirchliche Philosophische Fakultät hat das Ziel, wissenschaftlich-methodisch die philosophischen Probleme zu erforschen und auf der Grundlage des bleibend gültigen philosophischen Erbes[24] im Lichte der menschlichen Vernunft nach deren Lösungen zu suchen sowie ihren Zusammenhang mit dem christlichen Welt-, Menschen- und Gottesbild aufzuzeigen, wobei die Beziehungen der Philosophie mit der Theologie ins rechte Licht gerückt werden.

§ 2. Sie setzt sich ferner zur Aufgabe, die Studenten zu unterweisen, daß sie befähigt werden, das Lehramt und andere entsprechende geistige Aktivitäten ausüben, die kulturellen Werte zu fördern und mit den Menschen unserer Zeit einen fruchtbaren Dialog zu führen.

[24] II. Vat. Konzil, das Dekret über die Ausbildung der Priester Optatam totius, 15: AAS 58 (1966) 722.

Art. 80. In philosophia docenda serventur normae eam spectantes, quae in documentis Concilii Vaticani II continentur,[25] necnon in recentioribus documentis Sanctae Sedis,[26] quatenus etiam studia academica respiciunt.

Art. 81. Studiorum curriculum Facultatis Philosophiae complectitur:

a) primum cyclum, institutionalem, in quo, per triennium seu sex semestria, cohaerens fit expositio variarum philosophiae partium, quae de mundo, homine et Deo tractant, necnon historiae philosophiae, una cum introductione in methodum investigationis scientificae;

b) secundum cyclum, inchoatae *specializationis*, in quo, per biennium seu quattuor semestria, specialibus disciplinis et seminariis consideratio philosophica profundius instituitur in aliqua philosophiae parte;

c) tertium cyclum, in quo, saltem per tres annos, maturitas philosophica promovetur, praesertim dissertationis doctoralis elaboratione.

Art. 82. Primus cyclus concluditur Baccalaureatu, secundus Licen-

25 Cfr. praesertim Conc. Oecum. Vat. II, Decr. de Institutione sacerdotali Optatam totius: AAS 58 (1966), pp. 713 ss., et Declar. de Educatione christiana Gravissimum Educationis: AAS 58 (1966), pp. 728 ss.

26 Cfr. praesertim Pauli VI Epist. Lumen Ecclesiae de S. Thoma Aquinate, 20 Nov. 1974: AAS 66 (1974), pp. 673 ss., et Sacrae Congr. pro Institutione Catholica Litteras de institutione philosophica (20 Ian. 1972).



Art. 80. Bei der philosophischen Unterweisung müssen die sie betreffenden Normen beobachtet werden, die in den Dokumenten des II. Vatikanischen Konzils[25] sowie in den jüngeren Dokumenten des Heiligen Stuhles[26] enthalten sind, soweit sie sich auf die akademischen Studien beziehen.

Art. 81. Der Studiengang in der Philosophischen Fakultät umfaßt:

a) den ersten Zyklus oder den Grundausbildungskurs, während dessen durch drei Jahre oder sechs Semester eine organische Darstellung der verschiedenen Bereiche der Philosophie geboten wird, die von der Welt, vom Menschen und von Gott wie auch von der Philosophiegeschichte handeln; zugleich soll eine Einführung in die Methode wissenschaftlicher Forschung erfolgen;

b) den zweiten Zyklus, eine beginnende *Spezialisierung*, während dessen man sich für zwei Jahre oder vier Semester durch spezielle Disziplinen und Seminare auf irgendeinem Gebiet der Philosophie um eine vertiefte philosophische Reflexion bemüht;

c) den dritten Zyklus, in dem für eine Periode von mindestens drei Jahren die philosophische Ausbildung vervollkommnet wird, insbesondere durch die Ausarbeitung der Dissertation.

Art. 82. Der erste Zyklus schließt mit dem Bakkalaureat, der zwei-

25 Vgl. vor allem das Dekret über die Ausbildung der Priester Optatam totius: AAS 58 (1966) 713 ff., und die Erklärung über die christliche Erziehung Gravissimum Educationis: AAS 58 (1966) 728 ff.

26 Vgl. vor allem den Brief Pauls VI. Lumen Ecclesiae über Thomas von Aquin vom 20. Nov. 1974: AAS 66 (1974) 673 ff., und das Schreiben der Kongregation für das katholische Bildungswesen über den philosophischen Unterricht vom 20. Jan. 1972.

tia specializata, tertius Doctoratu.

Art. 83. Ut quis Facultati Philosophiae adscribi possit, oportet studia antea requisita absolverit ad normam art. 32 huius Constitutionis.

Si studens quidam, qui cursus ordinarios philosophiae primi cycli Facultatis Theologiae feliciter peregerit, deinde studia philosophica prosequi voluerit ad Baccalaureatum in ecclesiastica Facultate Philosophiae obtinendum, ratio necessario habenda est de cursibus in praedicto curriculo frequentatis.

## Titulus IV

### De aliis Facultatibus

Art. 84. Praeter Facultates Sacrae Theologiae, Iuris Canonici et Philosophiae, aliae Facultates Ecclesiasticae canonice erectae sunt vel erigi possunt, attentis Ecclesiae necessitatibus, ad peculiares fines obtinendos; cuius modi sunt:

a) altior investigatio quarundam disciplinarum maioris momenti ex disciplinis theologicis, iuridicis, philosophicis;

b) promotio aliarum scientiarum, imprimis scientiarum hominis, quae arctiorem nexum habeant cum disciplinis theologicis vel cum opere evangelizationis;

c) cultus quoque litterarum, quae peculiariter iuvent sive ad christianam Revelationem melius intellegendam, sive ad opus



te mit dem spezialisierten Lizentiat und der dritte mit dem Doktorat ab.

Art. 83. Um sich in die Philosophische Fakultät einschreiben zu können, ist erforderlich, die im Art. 32 dieser Konstitution vorgeschriebenen Studien abgeschlossen zu haben.

Jedem Studenten, der erfolgreich die vorgeschriebenen Kurse in Philosophie im ersten Zyklus einer Theologischen Fakultät abgeschlossen hat und danach die philosophischen Studien fortführen will, um ein Bakkalaureat einer kirchlichen Fakultät für Philosophie zu erwerben, sind die von ihm während des erwähnten Studiums besuchten Kurse anzurechnen.

## Titel IV

### Sonstige Fakultäten

Art. 84. Außer der Theologischen, Kirchenrechtlichen und Philosophischen Fakultät sind noch andere kirchliche Fakultäten kanonisch errichtet oder können unter Berücksichtigung der Erfordernisse der Kirche errichtet werden, um einige besondere Ziele zu erreichen, wie zum Beispiel:

a) eine gründlichere Forschung in einigen bedeutsameren Bereichen innerhalb der theologischen, rechtlichen und philosophischen Disziplinen;

b) die Förderung anderer Wissenschaften, vor allem der Humanwissenschaften, die enger mit den theologischen Disziplinen oder dem Werk der Evangelisierung verbunden sind;

c) die Pflege der Literatur, die in besonderer Weise hilft, die christliche Offenbarung besser zu verstehen und mit größerer

evangelizationis efficacius implendum;

d) praeparatio demum accuratior tum clericorum tum laicorum ad specialia munera apostolica rite exercenda.

Art. 85. Ad fines obtinendos in praecedenti articulo expositos, erectae iam sunt et gradus academicos auctoritate Sanctae Sedis ipsae per se conferunt eae, quae sequuntur, Facultates vel Instituta „ad instar“ Facultatis:

– Archaeologiae Christianae,
– Biblicum et Orientis Antiqui,
– Historiae Ecclesiasticae,
– Litterarum Christianarum et Classicarum,
– Liturgicum,
– Missiologiae,
– Musicae Sacrae,
– Psychologiae,
– Scientiarum Educationis vel Paedagogiae,
– Scientiarum Religiosarum,
– Scientiarum Socialium,
– Studiorum Arabicorum et Islamologiae,
– Studiorum Mediaevalium,
– Studiorum Ecclesiasticorum Orientalium,
– Utriusque Iuris (Canonici et Civilis).

Art. 86. Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica offcium erit normas speciales opportune statuere pro his Facultatibus vel Institutis, sicut superioribus titulis factum est pro Facultatibus Sacrae Theologiae, Iuris Canonici et Philosophiae.

Art. 87. Etiam Facultates et Instituta, pro quibus normae speciales editae nondum sunt, propria Statuta conficere debent, quae sint



Wirksamkeit das Werk der Evangelisierung durchzuführen;

d) schließlich eine noch gründlichere Vorbereitung sowohl der Kleriker als auch der Laien, um einige besondere apostolische Aufgaben angemessen ausführen zu können.

Art. 85. Um die im vorhergehenden Artikel dargelegten Ziele zu erreichen, sind die folgenden Fakultäten oder Institute „ad instar Facultatis“ schon errichtet und befähigt, im Auftrag des Heiligen Stuhles akademische Grade zu verleihen:

– Christliche Archäologie,
– Bibelwissenschaft und Orientalistik,
– Kirchengeschichte,
– Christliche und klassische Literatur,
– Liturgiewissenschaft,
– Missiologie,
– Kirchenmusik,
– Psychologie,
– Erziehungswissenschaften,
– Religionswissenschaften,
– Sozialwissenschaften,
– Arabische Studien und Islamistik,
– Mittelalterliche Studien,
– Kirchliche Orientalische Studien,
– Rechtswissenschaften „utriusque Iuris“ (des kanonischen und zivilen Rechts).

Art. 86. Es ist Aufgabe der Kongregation für das katholische Bildungswesen, für diese Fakultäten gegebenenfalls spezielle Normen zu erlassen, wie es in den vorhergehenden Abschnitten für die Theologische, Kirchenrechtliche und Philosophische Fakultät geschehen ist.

Art. 87. Auch die Fakultäten und Institute, für die noch keine speziellen Normen erlassen worden sind, müssen eigene Statuten ver-

conformia normis communibus in prima parte huius Constitutionis edictis, atque rationem habeant peculiaris naturae et finis proprii uniuscuiusque Facultatis vel Instituti.

## NORMAE TRANSITORIAE

Art. 88. Praesens Constitutio valere incipiet a primo die anni academici MCMLXXX-MCMLXXXI, vel anni academici MCMLXXXI, secundum Kalendarium scholasticum variarum regionum.

Art. 89. Singulae Universitates vel Facultates propria Statuta recognita secundum hanc Constitutionem exhibere debent Sacrae Congregationi pro Institutione Catholica ante diem I mensis Ianuarii anno MCMLXXXI; secus ius gradus academicos conferendi ipso facto iis suspenditur.

Art. 90. In singulis Facultatibus studia ita ordinentur, ut studentes consequi valeant gradus academicos secundum normas huius Constitutionis, statim ac ipsa Constitutio vigere incipiat, salvis iuribus antea ab iisdem acquisitis.

Art. 91. Statuta approbanda erunt ad experimentum ita ut intra triennium ab approbatione perfici possint, definitivae approbationis consequendae causa.

Art. 92. Facultates, quae cum Auctoritate civili iuridicum nexum habent, longiore temporis spatio uti poterunt ad Statuta recognoscenda, probante Sacra Congregatione pro Institutione Catholica.



fassen, die mit den im ersten Teil dieser Konstitution aufgestellten allgemeinen Normen übereinstimmen und der besonderen Natur und eigenen Zielsetzung einer jeden Fakultät oder eines jeden Institutes Rechnung tragen sollen.

## ÜBERGANGSNORMEN

Art. 88. Die vorliegende Konstitution tritt am ersten Tag des akademischen Jahres 1980-1981 oder des akademischen Jahres 1981, entsprechend dem Studienkalender der verschiedenen Gegenden, in Kraft.

Art. 89. Die einzelnen Universitäten oder Fakultäten müssen die eigenen Statuten nach dieser Konstitution überarbeiten und bis zum 1. Januar 1981 der Kongregation für das katholische Bildungswesen vorlegen; andernfalls bleibt ihr Recht, akademische Grade zu verleihen, „ipso facto“ suspendiert.

Art. 90. Gleichzeitig sollen in den einzelnen Fakultäten die Studien so geordnet werden, daß die Studenten die akademischen Grade nach den Normen dieser Konstitution erlangen können, sobald die Konstitution selbst in Kraft tritt, wobei die von den Studenten bereits erworbenen Rechte bestehenbleiben.

Art. 91. Die Statuten müssen „ad experimentum“ approbiert werden, so daß sie innerhalb von drei Jahren nach dieser Approbation noch weiter vervollkommnet werden können, um schließlich die endgültige Approbation zu erhalten.

Art. 92. Die Fakultäten, die in einem Rechtsverhältnis mit der staatlichen Autorität stehen, können mit dem Einverständnis der Kongregation für das katholische Bildungswesen für die Überarbeitung der Statuten über einen längeren Zeitraum verfügen.

Art. 93. Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica munus erit, cum labente tempore adiuncta id postulaverint, mutationes in hanc Constitutionem inducendas proponere, ut Constitutio novis Facultatum Ecclesiasticarum postulatis iugiter accommodetur.

Art. 94. Vigentes in praesenti contra hanc Constitutionem leges vel consuetudines, sive universales sive particulares, etiam specialissima et individua mentione dignae, abrogantur. Item privilegia a Sancta Sede ad haec usque tempora personis sive physicis sive moralibus concessa, quae eiusdem Constitutionis praescriptis contraria sint, omnino abrogantur.

Volumus demum ut haec Constitutio Nostra firma, valida et efficax semper sit suosque plenos et integros effectus obtineat, et ab omnibus, ad quos res pertineat, religiose servetur, contrariis quibusvis nihil obstantibus. Si quis autem, sciens vel insciens, secus egerit ac Nos ediximus, id prorsus irritum atque inane haberi iubemus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XV mensis Aprilis, in Resurrectione D.N. Iesu Christi, anno MCMLXXIX, Pontificatus Nostri primo.

IOANNES PAULUS PP. II



Art. 93. Es wird Aufgabe der Kongregation für das katholische Bildungswesen sein, wenn im Lauf der Zeit die Umstände es erfordern, Änderungen vorzuschlagen, die in diese Konstitution eingefügt werden sollen, damit die Konstitution selbst den neuen Anforderungen der kirchlichen Fakultäten stets angepaßt werde.

Art. 94. Außer Kraft gesetzt sind die Gesetze oder Gewohnheiten, die gegenwärtig Geltung haben, aber im Gegensatz zu dieser Konstitution stehen, seien sie allgemeiner oder spezieller Art, selbst wenn sie ganz besonderer Erwähnung würdig sind. Ebenso sind die Privilegien gänzlich abgeschafft, die physischen oder moralischen Personen vom Heiligen Stuhl bis heute gewährt worden sind und im Gegensatz zu den Vorschriften dieser Konstitution stehen.

Es ist mein Wille, daß diese Konstitution von Dauer, gültig und wirksam sei und voll und ganz zur Durchführung gelange sowie von allen, die es betrifft, gewissenhaft beobachtet werde, ungeachtet aller gegenteilig lautenden Vorschriften. Wenn einer wissentlich oder unwissend anders handelt, als von mir beschlossen worden ist, so ordne ich an, daß dies als nichtig betrachtet werde.

Gegeben zu Rom bei St. Peter am 15. April 1979, dem Hochfest der Auferstehung unseres Herrn Jesus Christus, im ersten Jahr meines Pontifikats.

Johannes Paulus PP. II